

97-3
7
QVÆSTIO

SCHOLASTICA.

CONTROVERSIA CELEBRIS, ET DIFFICILIS.
Vtrum Beatissima Virgo toto vitæ suæ tempore continuo me-
ruerit, & obtinuerit augmentum Gratiæ, tam bonis ope-
ribus suis, quam ex opere operato?

PER R. P. Fr. BLASSIVM A SANCTO

Ioanne Baptista, in suo Conventu Sextano Car-
melitarum Discalceatorum Priorem.

Ad B. Virginis Mariæ honorem, pia deuotione dicatur.

Anno



1661.



GRANATÆ, Ex Typographia Regia, apud Balthasarem
de Bolibar, in vico de Abenamar.



RECORDED
IN THE
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF TORONTO

H. G. E. N. S. V. R. A.
 R. P. Petri de Montenegro in Collegio Gra-
 natensi D. Pauli Societatis Iesu D. exp. ma-
 Theologie Professoris.

X Comissione D. Doctoris D. Hiero-
 nimi de Prado & Verastegui Provi-
 foris Granatensis recensui quæstio-
 nem scholasticam de continuo B.

Virginis merito, & augmento gra-
 tiæ, tam ex bonis operibus, quam ex opere ope-
 rato per R. P. F. Blasium à S. Joanne Baptista in
 suo Conventu Sextano Carmelitatum Discal-
 ceatorum Priorem elaboratam. Opus quidem
 pio limatum sudore in Deiparæ laudem. Inco-
 plures cursim euoluuntur Theologicæ difficul-
 tates, & Princeps de continuo Deiparæ merito,
 & augmēto gratiæ discutitur ingenij præspicui-
 tate, firmatur rationum pondere, & SS. PP. etu-
 dione communitur. Mihi hanc quæstionem
 Scholasticam perlegenti ob via fuere Richardi à
 S. Laurentio, verba libr. 1. pag. 226. exarata:
*Christus Mariae Filius, qui antiquos inspira-
 uit, ut de Matre sua sub anigmatibus glorioſa
 predicerent, ipſe & quosdam Modernos illuſ-
 trat, ut etiam usque ad finem mundi ſemper ali-
 quos illuſtrabit, ut Matris praconionoua ſem-*
 Az per

per aliqua, & gloriofa superaddant. Hoc Cli-
telari in Deiparam affectu (ob quem in Societa-
tis Doctrinas libenter parcimus aculeos) ambit
Author huius quaſtionis Scholasticę, in qua nil
continetur Sacris Catolicę fidei dogmatibus ad-
uersum, aut bonis moribus noxiū. Ita ſentio
Granatæ in Collegio D. Pauli Societatis I E S V
dic 17. Februarij anni 1661.

Petrus de Montenegro
Societas Iefu.

LL

LICENCIAS ab el

NOS El Doctor Don Geronimo
de Prado Verastegui, Canoni-

go de la Santa Yglesia Metro-
politana de esta Ciudad de Granada,
Provvisor, Juez, Oficial, y Vicario Ge-
neral en ella, y su Arçobispado, por el
Illustrissimo, y Reverendissimo señor
don Joseph de Argaz mi señor, Arçobispo
de dicha Ciudad, del Consejo de
su Magestad, &c. Damos licencia para
que se pueda imprimir, e imprima la
question Escolastica: Vtrum Beatissi-
ma Virgo toto vitæ suæ tempore conti-
nuò meruerit, & obtinuerit augmen-
tu m Gratiae, tam bonis operibus suis,
quam ex opere operato? Por el Re-
verendo Padre Fr. Blas de San Juan Bap-
tista, Prior del Convento de Religiosos
Carmelitas Des calços de la Ciudad de
Velez, que es la contenida en la apro-
uacion antecedente, del Padre Pedro
de Montenegro, de la Compañia de

Iefus de ésta Ciudad. Dada en Gra-
nada en diez y siete de Febrero de mil
y seyscientos y sesenta y vn años.

Dr.D.Hieronymus de Prado magíster
Veraestegui. doctor, notario y
Pormandado del Señor Provisor.

Juan Bernardo N.

el Oficio de labores que se dió en el dho año
en la Universidad de Granada en la Facultad de Medicina
y Farmacia en la persona del Maestro en Medicina y Farmacia don
Juan Bernardo N., que fué examinado por el comité
que lo examinó en la facultad de Medicina y Farmacia.
En el examen se le preguntó en qué se hallaba el dho
diligente estudiante en el dho examen y respondió
que en el examen de Medicina y Farmacia y que
en la materia de Farmacia y Farmacología.
En el examen de Medicina y Farmacia se le preguntó
en qué se hallaba el dho diligente estudiante en
la materia de Medicina y Farmacia y respondió
que en la materia de Medicina y Farmacia.
En el examen de Farmacia y Farmacología se le preguntó
en qué se hallaba el dho diligente estudiante en
la materia de Farmacia y Farmacología y respondió
que en la materia de Farmacia y Farmacología.

EPIS

EPISTOLA

R. P. Fr. BLASSII A SANCTO
 Joanne Baptista Prioris Conuentus Fratrum
 Discalceatorum Carmelitarum in
 Riquiebus yrbe Sextitana.

D. DOMINO PETRO CLAVERO;
 sanguinis nobilitate condecorato, Sanctæ In-
 quisitionis in yrbe Sextitana dignissimo Comis-
 sario, Doctissimo Iurisconsulto, Parochialis
 Ecclesie S. Ioannis Baptiste honori-
 fico Beneficiato.

PAUPERVM PATRI, VIDVARVM
 defensori, & derelictorum
 Tutelari.

Ecce ad imperium tuum prodit iam nos-
 trum opusculum. Et sicut Deus dixit: De
 tenebris lucem splendescere; ita & tu iusisti
 hanc lucubrationem de tenebris prodire noc-
 turnis. Occupationibus enim diurnis, & varijs
 molestiarum officij impedimentis detentus die,
 & diu, totum opus lucubratio est, quia ad lucem
 lucernæ nocte elaboratum fuit. Utinam bene
 elaboratum sit! Timco enim nē econtrario sit
 bene tantummodo laboriosum, hispanē, traba-
 xo.

z. Corinth.
 4.6.

*xrof. Utinam non accidat, vt dicitur, quod no-
tce fit, dic defectuosum deprehenditur; vel vt
dispanè dicitur. *Lo que de noche se haze, de dia
se parace.* Etideò rogo tuam dignationem, vt cla-
ra luce ingenij tui examinetur opusculum, vt
mea paruitas scientiae in asequenda veritate pos-
sit alieno iuuari, tuo beneficio iuuari. De Gratia
tractat, utinam illam inueniat! De merito agit,
utinam non immerito prodecat! De cōtinuatio-
ne meriti virginalis disputat, utinam opus sine
labesit! De continua gratię acquisitione disserit,
utinam duret! Et sicut durauit labor per noctes,
permancat elaboratum in dies. Primum enim
huius materiæ minimum meum opusculum citò
defecit: quæ citò enim enascentur, citò pereunt.
Sit, & è contra verum vale nunc, & in æternum
viuas.*

Tuus additis simus seruus.

Fr. Blaßius à S. Joanne Baptista.

EPIS.

EPISTOLA.

*dissumi P. Fr. Blasij a Sancto Ioanne
Baptista Priori dignissimi, in suo Cœ-
nobio Menouensi Discalceatorum Car-
melitarum.*

PRO OPERE, QVOD SCRIPSIT
de plenitudine Gratiae Virginis MARIAE,
orta occasione scribendi, ex controuerchia
priuata.

PER DOCTOREM D. PETRVM
*Clanero, Aduocatum Regalium Consi-
liorum, & Sancta Inquisitionis. Benesi-
ciatum Ecclesia Sancti Ioannis eiusdem
Civitatis, & in ea, & suo territorio,
Commissarium Sancti Offitij.*

O Bone, natura, Deus, o Bona bonitas, quam incom-
prehensibilia tua iudicia! Quae inscrutabiles vix
tu! Ex infimis, fortia eligis, et paruis, magna dedi-
cis, ex nihilo multa operaris, ex me nihilo, paruo, nihilo, oc-
casionem; ansam Blasii tribuisti; ut fortia, magna, multa, de
MARIA Gratiae plenitudine, ia medium proferret. De Gra-
tia, gratis, graciōse loquendo, scripta vocabulo adæquauit,
inherendo Casiodori sententia: *Sump̄isti nomen ex meritis,*
sustodi, ut semper latēris veritate vocabuli; nam cum omnis ap-
pellatio ad declarandas res videatur imposta, nimis absurdum
est portare nomen alienum, & aliud dici, quam possit in meri-
bus

*Casiodori, li. 8. variar.
epistolar. 18. ibi.*

bus inueniri. Legi, iterum legi, & enucleationem de Gratia
MARIAE plenitudine, quam scriptisti per legi, utinam flores,
grana, ex tam fertili, ac ameno prato, legerem. In tanto opere
peragendo, abscondita Sacra pagina loca ad inueniosti, colla-
ciones Patrum scrutatus, Conciliorum Decreta rimatus, col-
locatione vecum, & mei modo, Thomam, Hieronymum pro-
funditate, Augustinum facilitate, & claritate, dulcedine Ber-
nardum imitatus. Quid nunc auerfarij? Quid garrulabunt? Ta-
cet omnes, digito labella compescant, tacer nunc noster
Hieronymus, tantum in Thoma, in Bernardo, in Augustino,
tu, ut Augustinus, loqueris. Ignoro, quidus praconis, ex prae-
cordio, te efforam, quia, quam gratiam Celi capere non po-
teras, quasi tuo ingenio comprehendisti. Quilibet vox, ex
tuo scripto, vnum miraculum, quilibet syllaba, spatiova ferti
litatis sylva, quodlibet punctum, prodigiosum Oraculum.
Quot litteræ scriptæ, tot sententiae prolate. Quid amplius?
Nescio. Solum vnum me scire fateor. Nullam laudē, tuo ope-
ri sufficientem iudicari. Dicam cum Ennodio: *Supernacaneis*
ad beneficia laborat impendis, qui soleus certat fauisbus adiuu-
re. Groti plenitudo adiectione venit indiget, nec illa requirit
commendationis augmenta. O Blasij, tuo Cenobio prior, ior
ingenio, scieatia non secundus, Discalceatorum Carmelitarū
deus, charitate feruens, sanctitate venerabilis, docilitate
amabilis, claritate intelligibilis, profunditate septentiosus,
prosequere, eruditos erudite, cum eruditione doce, igoaros
illumina. Accipe meam voluntatem, animi desiderium, ne de-
spicias; non quod dico, sed quod dicere desidero, scrutare, ut
desint vires, tamen est laudanda voluntas; non sufficiunt desi-
derio vices, praesertim inter tot, tantisque curas diuersatus.
Vale.

Ennod. ad Faustum,
tib. 3. epistolar.

Tunc ex Afse.

Doctor D. Petrus Clavero.

Cen-

*Gensura del M.R.P. En Christoval Rodriguez
Guardian del Real Conuento del
Seraphico Padre San Francisco de la Ob-
servancia en la Ciudad de Velez Malaga.*

MVY REVERENDO P. PRIOR.

Remito à V.P. la question, que con todo
cuidado è visto cō assistēcia del P. Ele-
ctor, advirtiendo en ella una erudicion cō es-
tilo graue, y singular inteligencia de los San-
tos Padres, con replicas de tanto ingenio, q̄ si
bien para todos es dulce suspension el tratado,
mueue à confussion lo peregrino de su doctri-
na à los que en estudosos desvelos no hallaró
el mineral de tan soberano tesoro: *Victum me
experior, & nouitate confundor*, dixo Dioge-
nes el Cinico, en aplauso de la doctrina de un
su amigo. Y si la presente por perfecta admiro,
por Celestial reconozco: *Quia omne donum
perfectum desursum est*. Apoyando mi afecto
ser de Maria Santissima la obra, pues, si como
Augustino la llama, es Cielo (sin lisonja en el
sentir) de los Cielos esta materia que V.P. nos
dà, siendo breuiario de tantas, como en clausu-
ras breues encierran periodos de notables ad-
vertēcias, y soluciones genuinas, que à el mas
opuesto à la conclusion, huyendo obscurida-
des harán venir à gozar de fuente tā caudalo-

Saraudales de doctrina cõ fecundidad de agudezas, q sin violencia diuertén, y sin cuidado suauizan. No dilato elogios, pues siempre será cortos á vista de tā grandes meritos: *Turpis est frigide; Exigue quenquā laudare* (dixo Fauorino) *quam insectanter, et grauiter vituperare.* Sea, pues, Coronista la fama, q en su duración escriua lo qüe á tanta obra se due; y sean de mi silencio admitida escusa las estrechas margenes de vna carta, como tâbien Sidonio me instruye: *Ego non historiam, sed epistolam efficerem curauit.* Sirua á mi consuelo la cifra de todas quantas pude dezirse alabácas, halládlo aquella en el Autor q tan digno destas se hallo merecedor y si V. P. de las merece: *Omnis dixi cū virū dixi.* (siguo á Plinio) Y suplico á V. P. no escuse darnos á todos el gusto, q con sus lucidos y micos recibimos, continuan do en sus gloriosas ocupaciones loores al Carmelo cõ doctrina q todos esperamos: *Frequenter cantissim amici auscultant te.* Si édo motivo á nuevos empleos el premio q a V. P. puede asegurarse cõ los meritos de su question: *Qui elucidant in vita eternā habebunt.* Dios guarda á V. P. cõ la salud y auméntos q se merece, etc.

acabó ésto, asimismo q no iba y, salió
el autor *Fr. Christiano Rodríguez.* que
añadió: «Agradecemos su pasión, su ingenio y su talento,

Cen

Censura R. P. Fr. Antonij Diaz Artium
Lectoris, in suo Regali Conuentu Sancti
Francisci de Observantia Vrbis Sextanae.

7

YERARCHA DIGNISSIME.

Authorē te operis (cuius ne? De Beata MARIAE mēriti, Gratięque augmenti quęstione) non possum non venerari Magistrum ingenuum omni laude celebrandum, ornamentum Carmeli, litteraturę prefulgidam stellam, atque etiam Ecclesię ipsius sydus undeque mirabiliter collucens. Lucem à tenebris diuisam (melius) solem te aspicio omnes celestibus irradientem doctrinę radijs, à caliginoso opinonis aduerso. turbine mira disciplina extrahentem dulcedine. Canebat Poëta.

Et iam mygdonijs elata cabilibus alto.

Impulcrat Cælo gelidas, aurora tenebras.

Solerubens, &c.

Riesplēdes veluti clara inter sydera Phœb⁹.

Es utique Sol coruscans, quia Solis ad instar per omnium spectantium fruges de cui ingenij a comine spheras radios tuę doctrinę, scientiarumque fluenta effundis vbertim. Utinam viā sternat præsens de Virgine et status alijs doctissimis lucubrationibus, vt in communem a multisque ex optatam lucem prodeant: crescat in flumiuſ fons iste parous (volumine duntaxat atento.)

Incipe docte Pater doctrinę effūde liquorē.

Vide quid dignitatis acceperis in elucidatione MARIAE, dicam cum Theodorico, ut inter tot eloquentes viros sis dicendus primarius, quos etiam nos profitemur esse reverendos: hec ille; et ego in opere à te elaborato quid non singulare video, quod mentem Theodorici non exhaustiat? Nec iota vnum; doctrinam stabilitate firmatam, & claritate vernantem mitot; in eoru-

Theodoricus.

*S.Basil. Mag. in Epi.
stol. ad Meletium.*

enueleandis D.Thomæ placitis, & aliorum Patronū dicas omnia verba dexteritatem cum ingenioitate praferunt. Totum percurri libellam, finitas legi, dolore circumvallatus; anxius vocitabat prosequotionis aestus, o desideriū insacabile! Mihi accidit, quod & Basilio in Epistola Meletij Quando epistolam tuam (iebat Magnus in manu summimus; primum quæ sit mensura inspicimus, illamque tantum diligimus, quantum versuum multitudine abundat. Et subdit: Vbi vero fini epistolæ appropinquare capimus, dolemus. O felix Sandimon & æratium Religio Saera, quæ tale litteratorē emporium, & filium in lucem prodijisti, o digna proles! Tabescat lingua, quia brevis es lamus, o iniuria! Plurima seges, prohi dolor! Proclamat & cœtus doctissimorum virorum quantum præclaris litteris, tuar scholasticis, tuum possitius sis benemeritus, de te tam honorificè loquutus ille, quā iustissimè admiratus existit; sed his laudem tuarum limen non penetra, & satius mihi erit emeritam lauream, aliaque inclyta, & notissima tua, quibus immortale tibi gloriam comparasti, silentio venerari, nō dum tanti Patris encomia ad astra usque extollere contendo, potius illepido sermone meo obruere, atque obscurare videat. Vale, & in eternum felix viue.

*R.P. vestre humilis, & obsequientissimus
alumnus.*

Fr. Antonius Diaz.

Censu-

*Censura R. P. Fratr. Iosephi Malacitani
Guardiani Religiosissimi Conuentus Ca-
pucinorum S. Francisci in Vrbe Sexitana.*

PRÆSVL AMPLISSIME.

Optimam in peracutissima materia, quam sublime disceptas, sedem obtinuisti; paratam à tuo faciliissimo ingenio, tuoque magno acumine, quemadmodum, inter eruditiores reliquias non retardas. floridam pompam. Hinc est, ut insipida langueat, Clementis Alexandrinii, sententia; iudicijs expertem tuam in omnibus admirationem excitantem, tam litteris per possitam tractationem reveriri. Tandem tanti Patis exsicc digna, quem si linguam, & mentem, vocem, & Spiritum clarorum Doctorum appellem, te offendam, non illos. Sat est. Nam non me dubitationis astus ablovet; namque si Alexandrious resculpsit, nullam esse materiam, tantum fortunatam, non censuratur. Ipsissimum secundum vibro, cuius retorqueo sentientiam; obsequiosissimi viri pace. Nec temperant à mysterio, dum aditum patet, vt veſigal à proprio dicto tribueretur. Hac de causa ei reluctor. Namque veritas non appareret, si ab illo tuum scriptum, o Carmeli de cor; non disrepareret. In cuius oppositione aliarum aduersitatum indemne fedet, ac vt breve encomium non vindicareret, iuxta Augustini proverbium: *Victoria sine contrario, hrevis est laus.* De hac, nomine gloriatur; itaque; quo admodum videri expectat digito Cœlū tangit, quid iam si veritati illud affingēdo hyperbolice artes, pro apicibus reputabuntur. Certi dicā:

Mirantur docti, docta quod discutis arte;

In dubiis quidquid promereret quis valeat.

Afīsi, vt à tam præclaro ingenio educum, est huic subtilissime materiei, omnium gratiarum plenitudo; itidem dicam, in eius medula fixus, magis polchrefere, à quo regitur obiectum. Adest Theodosicus, & unius rei facies de adita venustate pulchreficit, est enim de Beatissima MARIAE Gratia, magis ei condecoratur gratia, est de Genitricis diuina merito,

Alexandrinus.

Augustinus.

Aristoteles.

Imagis abundat merito. Sic vndeque fore apertianetur; ut genitales
tulerint, de iure ingeniosi partus, non abest Stagirita: *Ite*
debetur laus (scilicet tanto vero) *si non qui* cam celebauerit
beneignus existimat, sed qui facuerit *malignus*. In illo, que lic-
ter et radiant, in illo tua verba luceor, in illo etiam tue lumen-
tia splendent, in illo denique adest, quod Trochaeus cecinit:
Esa mentis fax, claritas; ob hoc n'nis seruere ad filium. Inuen-
ti, enim, quod multo verius, quam de Remigio, dictata a Sy-
donio verba existimari possunt: *Fides in testimonij virtus in*
argumentis, Pondus in sensibus, Flumen in verbis, Fulmen in
clausulis. Materia denique eximia prorsus. Deiparaque mel-
lificatis triumphis flebens, quis ambigat a tanta Domina co-
ronari: *Qui elucidant me (ait) vitam eternam habebunt.*
Et interim.

Sitq; tui rumor varias dispersus in oras
Orbis, claudetur non, nisi cardinibus.
Astq; erit hic codex monimentum gradelaborie.
Fida comes, cui^o laus tibi sepererit. Vale.

Er. Iosephus Malacitanus.

Ad

Ad Serenissimam Angelorum Reginam.

Sediu[m] Cælestium recuperatricem , to-
tius Cælestis Curiæ lætitiam , totius hu-
manigenerei honorem , totius Orbis gloriā ,
totius mundi decorem , Sæculorum negotiū ,
Sæculi reformationem , Peccatorū refugium ,
Delinquentium assylum , Periclitantium re-
medium , Misericordię venam , Indulgentiæ
fomitem , Benignitatis fomentum , Diuinæ
humanitatis Oticinam , Infante[rum] pietatis alas ,
Gratiæ aquæductum , Gratiarum abyssum ,
Sanctificationis Fontem , vite Fluuium ,
Collegium sanctitatis .

Ad Dignissimam , & Gloriosissi- mam Dei Matrem

DEDICATIO.

HOC , quod scripsi Opusculum , Se[renissima] Virgo ,
cum tam parvum sit , non tibi debebatur , Cui fecit
magna , qui potens est , Si adhuc debet ir finita Di-
uina Mæstas , ut eleganter , & verissimè dicebat
Methodius : Debitorum illum habes , qui omnibus mutuantur ,
Deo enim uniuersi debemus , tibi autem , etiam illi debet . Imò
postulamus securè dicere , quod nunquam sagis soluet : cum v. s.
C que

Luke 1.49.

Melba serm. Puriss.

que in eternum debeat Matrem honorare, qui præcepit semper tenerari parentes.

Sed cum osititia, siue parua, siue magna, Deo omnium auctoritate debeantur offerri, & præcipue, quæ ad Gratiam pertinent, audire debeant Bernardum: Quidquid illud est, quod offerre Deo paras, Maria commends re memento, ut eodem aliove ad largitorum gratia Gratia reddeat quo fluxit. Quid enim? Quia opusculum parua Nauicula est, timeret ingredi Gratia afluxit. Ut te appellauit Damascenus: Nam sicut in maria aquarum ita in Maria sunt congregantes Gratiarum. Ut vice bar Bonaventura. Vnde si aliquid habet Gratia, inde atraxit, & si aliquid desiderat, inde hauriet. Ad locum ergo, unde exierunt fluminis gratia revercantur.

Sed adhuc mirum est, quod cum tam parum quantitatis sit, tristis et de Gratia Virginis, que est immensa, ut dicebat Epiphanius: & iterum mirum est, quod cum nulla eloquentia ornatum sit, loquens audeat de illa, cuius ineffabilitas est. Et superada omni seculo Gratia. Immensitate quippe Gratia sua considerare incipienti, & sensus deficit, & lingua fatiscit. Ut dicebat Anselmus.

Quid igitur impossibile, & in intelligibile videatur aggre-
di. Cum postquam Gratia plenam testimonio Angeli confite-
mur, adhuc gratiam inuenisse intendimus adstruere; cum Im-
mensa quippe fuit Gratia, qua ipsi fuit plena. Ut dicebat Bo-
nauentura.

Sed nos non agimus de magnitudine Gratiae virginis. Hoc enim in intelligibile nobis est. Sicut enim terra extra Paradisum, non potest totum Paradisi fonte sustinere, & ideo diuisus est ipsa similiter Gratia Virginis; Quia simul collecta Gratiae plenitudo, nullatenus creatura humanae capacitate posse apprehendi, in quatuor capita dicitur diuidi. Privilegio tamen Filii sui supra totius creaturae meritum, Mater Dei tota Deitatis Gratia est superflua. Quatuor igitur sunt capita, unius, & inuisibilis gratiae. Vnde dicebat Petrus Cellensis.

Agimus, igitur, de tempore, quo Gratiam meruisti: nam quanta sit Gratia, quam unico instanti meruisti, nullus potest explicare rato tempore, neque ratione eternitate.

Neque de magnitude meritorum agimus, sed de tempore merendi: nam si ineffabilis est Gratia, quam meruisti, ineffabile etiam vocat Bernardus; Privilegium meritorum.

Itaque

Bernard. serm. aqua-
dust.

Damascen. Orat. 2. de
assumpt.

Bonavent. in Opuscul.
de luctibus Virginis.

Epiph. Orat. de laud.
Virginis.

Anselm. de Excellent.
Virg. cap. 3. & 8.

Bonavent. in speculo.
Marie. cap. 5.

Petrus. Cellens. 1. de
panibus.

Bernard. serm. 4. de
assumpt.

Itaque quæcumque Opusculum scriptum sit , tibi accedit
sicut et at debitum ; cum propter te omnis Scriptura facta sit .
Ut dicebat melis filius Bernardus . Et ego dicere can , quod cum
agat de Gratia , recurrat ut corrigatur ad librum y & exem-
plar originum Gratiae , quod manu Dei sine nota peccatorum
ginaliter compotus est . Ut optabat Job : *Quis mibi tribuat ,*
et desiderium meum audiat ; omnipotens , & librum scribat ip-
se . Verbum enim esternum , tempore Gratiae in hoc libri ty-
pis mandatum est . Cum enim sit Figura substantia Patris , vel
caractere substantia eius . Ut transferretur Montanus . Haec
scriptura tam pulchra , in quo libro , in qua papiro scripta est ?
Vtique in pergameno Virgineo purissimo sine nota , & nemo
peccati . Ut dicebat S. Thomas à Villanova . Quæ optima vi-
debatur metaphora . Nam ut dicebat Theodorus Anciranus .
Et tuum quoque verbum quedam mentis proles est , & post-
*quam verbum istud , quod mens tua peperit , elementis , & litteris
volueris exprimere , & in charta efformare , manus litteras*
describis , & certa quadam ratione verbum tuum per manus
denuo sutteris .

Et ego iterum mente voluebam , quod eti⁹ de nullo , quod
ad tuam pertineat Serenissimam Maiestatem , dignè tractare
nostra parvitas poscit , ut perspicuum est , & liquidò constat ,
sed adhuc tua imensa Clementia pusillitatem nostram non
debet abijcere , neque de tua Gratia pro nostro captu deliciis
scriptum libellum , quæ dignata est delere libros nostri
peccati . Ut dicebat Geometra :

*Salve qua delevisti mille scriptos dæmoni libros ,
Spengis tanquam rorida nostra malitia .*

Vtinam aliquid , quod oculis tuis placeat , elaborauerit vil-
lissimum mancipium tuum ! Quod cum tam multis offendit ,
& displicerit operibus ; nunc optat , ut placaret , & place-
ret saltē in opusculis . Cui tempus merendi , obtinendi , & Gra-
tiam augendi terribuere digneris . Ad hoc enim Maria à Deo
facta est , ut Gratiam imperet toti mundo . Ut dicebat Richardus
à Sancto Laurentio . Et hoc pergebat meum studium , au-
diui enico Bernardum dicentem : *Studeamus per eam ventre*
in Gratiam ipsius , qui per eam in nostram misericordiam venit . Per
eum igitur , accessum habeamus ad Filium , O Benedicta Inuentrix

*Idem ser. 3. sup. Salutis
Regina.*

Job. 31.

*Ad Hebreos. I.
Montan. ibi.*

*Thomas à Villanova .
conc. 1. Natiuitas .
Anciranus . Homil. d.
Natiuit. Saluatoris .*

Geometra .

*Richard. lib. 7. de lan-
dib. Virg.
Bernard ser. 2. de ad-
ventu .*

O
Gratia. Quod ipsa præstare digneris per eundem Filium, qui
est fons Gratiae, & vivit in secula.

Vallisimam mancipium tuam ob indignatem, non solum, ut
Publicanus, qui a longe stans, non vult oculos ad Caelum, quod
habitatis leuare, sed iacens prostratus, non asperget, sed tremet ocu-
los ad terram, quam calcasti aperire.

Fr. Blasius à Sancto Ioanne Baptista
Prior.

Liberum, et auctoritatem suam exercitare, non potest, nisi
sunt ei subiecti, et submissi, et si non sunt subiecti, et submissi,
potest non habere auctoritatem suam, et non potest exercitare
liberum, et non potest exercitare, nisi non habet auctoritatem suam.

Ope-

Operis partitio.

IN Qua quæstione, ut maiorem claritatē cum distinctione consequamur, & vo lectoris labor possit aliquando commodius interrupi, & à fatigatione aliquantulum diversione respirare.

Præsentem tractatum in quatuor distinguimus partes.

In 1. aliqua præsupponuntur, aut necessaria, aut ad resolutionem difficultatis, & veritatis indagationem utilia.

In 2. parte, resolutio quæstio per conclusiones, authoritates, & fundamenta, & rationes.

In 3. parte, contraria sententiæ argumenta proponuntur, & disoluuntur. Et non omnia simul proponuntur, sed cuilibet argumēto, statim subinfertur solutio, vt lector, nec laboret memoria, nec distrahatur reuolutio foliorum.

In 4. tamen parte, agitur contra quandam singularem viam cuiusdam Theologi, qui coniectus rationibus ad cōcedendum Beatae Virginis in crūm, absque ratione negat illū

præ-

præmium, afferendo; omnem Gratiam illam
principio collatam, ex præuis sis meritis.

Declaratio tituli Quæstionis.

TAnte omnia declarandus est
titulus, nè accidat mihi, quod
Caietano, qui in ex positione
D. Thomæ frequenter repetit; *Titulus est
clarus.* Cum aliquando titulus illi clarus, ali-
quibus sit obscurus.

Procedit, igitur difficultas, non de merito,
sed de cōtinuatione illius: nullus enim voca-
vit in dubium, vtrum Beatissima virgo me-
ruerit aliquando, sed vtrum semper merue-
rit, & obtinuerit augmentum gratiæ, scilicet
à principio vitae, usque ad mortem. Aliqui-
bus enim visum fuit, quod mereri desierit à
tempore Incarnationis Verbi, quando ex tes-
timonio Gabrielis Archangeli, iam peruenie-
rat ad gratiæ plenitudinem, quod idem vide-
tur, ac peruenisse ad gratiæ consumationem.
Ac proinde Angelus salutando eam, Gratia
plena, excitauit quæstionis motuum.

2. Et consultò in titulo dicitur, nō solum
vtrum meruerit, sed etiam, vtrum obtinuerit
Gratiæ augmentum? Et non est quæstio anti-
qua,

qua, sed nouā. Antiquitus enim disputabant Theologi, utrum augmentum gratiæ, quod meretur a cœtibus remissis, conferatur statim, an post huius vitæ cursum, vel quando eliciuntur actus Charitatis feruentiores, quod controvèrtunt Theologicum S. Thoma. Sed quæstio nouissima est excitata ab aliquibus his diebus, quidicunt: Virginem à principio vitæ, vel saltem ab Incarnatione Verbi, obtinuisse omnem gratiæ possibilem plenitudinem ex præuisis meritis ipsius, quam gratiæ plenitudinem, postea toto vitæ de cursu a cœtibus proprijs merebatur. Et sic dicūt, quod merebatur, & non obtinebat augmentum per partes, quia iam possidebat totam plenitudinem, ex præuisis meritis collatam à principio.

D. Thom. 2.2.
q.24. a.4.

3. Et consulto denique additur in titulo: Utrum B. Virgo non solum ex operibus bonis meruerit, & consequuta sit augmentum gratiæ, sed etiam utrum idem euenerit ex opere operato, scilicet ex receptione, & usu Sacramentorum, quæ per se causant Gratiam, & augmentum illius. Quidam enim Theologi his diebus dicunt, vel non recepisse Beatam Virginem Sacra menta, vel cum illis, nullatenus recepisse Gratiam, ex eo quod illis ad.

ad hoc non indigebat. Hæc, & alia similia
dicta excitaerunt motiuū huius questiois.

ad hanc questionem, sicut in aliis, et quod de
alibi obstat pro lege, in Quidam aliud fidei de
hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de
hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

hunc, et quoniam in aliis, sed in hoc de

Quid significet Gratia?

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Et quid significet Gratia, in primis ex-
pli-
ca-
do.

Genes. 30.

z. Reg. 2.6.

Ee

in 7. Et has tres gratiae acceptiones comprehendit D. Thomas dum dixit: tripliciter gratia accipi consuevit, uno modo, pro dilectione alicuius. Secundo, pro aliquo dono gratis dato. Tertio, pro recompensatione beneficij gratis dati.

D. Thom. 1.2.
q.110. a 1. corp.

8. Et ideo, quia corporis, & animae doctes amorem consiliare solent, ideo quandoque gratiae nuncupari consuetum est; ut oris pulchritudo, & affabilitas; & ita intelligitur illud Psalmi: *Diffusa est gratia in labiis tuis.*

11. Ex his autem omnibus acceptiōibus, solum primordialis gratiae acceptio; que pro beneficio gratis collato supponit, ad presentis pertinet institutum.

§. 2.

Quotuplex sit Gratia?

10. **C**Vm autem multiplex sit gratia, & omnium gratiarum plenitudine B. Virgo sit adepta, ut probat D. Thomas operę premium erit, prius explicare, quotuplex sit ista Gratia, ut liquido constet, de qua Gratia ortum sit dubium.

Psalms. 44.

D. Thom. 3. p.
q.27. a 5.

D

Pri-

D. Thom. in 2.
sent. dist. 28. q. 1
a. 1.

Ioann. 3.

Ioann. 14. 16.

Ioann. 14. 23.

11 Primo igitur, divisione analogâ diuiditur gratia; in gratiam creatam, & in creatam. Ut docet D. Thomas.

Gratia incircata, alia est æterna; ut prædestinationis; alia temporalis, hoc est, in tempore exhibita, ut missio personarum, vel mediante gratia unionis personalis, quomodo datus est filius, iuxta illud: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Vel mediante aliquo dono gratiae iustificantis, quomodo datus est Spiritus Sanctus. Iuxta illud: *Alium Paraclitum dabit vobis.* Et omnes tres personæ diuinæ dantur ad inhabitandum in iustificato. Iuxta illud: *Ad eum veniemus, et mansio[n]e apud eum faciemus.*

Sed de his gratijs non agitur in præsenti. Gratia enim unionis ad Incarnationem pertinet. Missio autem personarum, ad materiam de Trinitate spectat, ubi agitur de missionibus. Inhabitatio autem personarum est effectus gratiae creatæ, qui ad materiam de iustificatione reducendus est.

12 Gratia creatalatissimè accepta, diuiditur divisione similiter analogâ, in gratiam naturalem, & supernaturalem.

Gratia naturalis est, quodlibet donum, aut beneficium ordinis naturalis, ut creatio, conser-

seruatio, & alia dona naturæ, & auxilia generalia naturæ debita. Ex quibus donis, solum donum creationis concedebat Pelagius, esse gratiam. Ista autem acceptio gratiæ inusitata est apud Scripturam, & Patres. Quando enim loquitur de gratia, intelligitur donum supernaturale excedens vires naturæ.

13. Gratia supernaturalis, est, quæ excedit vires naturæ, vel naturalia transcendent; & hæc gratia est propria huius præsentis quæstionis.

Si autem ista gratia datur virtute Sacramentorum, dicitur, & est gratia sacramentalis acquisita ex opere operato. Si autem datur virtute operis meritorij, dicitur acquisita ex opere operatis, licet semper sit infusa à Deo. Illa autem gratia, quæ communicanda erat per originem, si Adamus in illa per transisset, dicitur gratia originalis. Quæ tria accidentalia sunt gratiæ, sicuti, & proprietates diuersæ, quæ istas diuersas vias consequuntur.

14. Primo igitur, diuiditur ista gratia supernaturalis, in habitualem, & actualem, quæ diuisio essentialis est, ut patebit.

15. Gratia habitualis diuiditur in gratiā gratis datam, & gratiam gratum facientem. Ut docet D. Thomas, quæ etiam diuisio essentialis est.

1. Corintb. 12.

**D.Thom. 1.3. quest.
111.a.4**

**2. Petri, cap. 1.
Trident. sess. 6. c. 11.
D.Thom. 1.2. quest.
110.a.2**

Gratia gratis data est, quæ datur ad operandum aliquid in utilitatem aliorum. Et est multiplex. Et omnes numerate sunt ab Apostolo, illis verbis: Alij per spiritum datur sermonis sapientie, alijs sermo scientia, alteri Fides, alijs Gratia sanitatum, alijs operatio virtutum, alijs Prophetia, alijs discretio spirituum, alijs generalis linguarum, alijs interpretatio sermonum. Quæ sunt nouem gratiae, de quarum sufficienti divisione tractat D. Thomas, & quod distingvantur à gratia gratum faciente manifestum est.

16. Gratia gratum faciens; est quadam qualitas supernaturalis infusa, qua est forma iustificationis creature nationalis; per quam participat naturam diuinam. Quæ definitio desumpta est ex expressa doctrina D. Petri Apostoli, & ex definitionibus Concilij Tridentini, & ex doctrina D. Thomæ huius autem entis supernaturalitas, & quomo- do possit esse participatio Diuinæ naturæ; prolixam requirebat disputationem. Et extra rem esse illam in praesenti agitare.

17. Ad istam autem gratiam habitualem reducuntur omnes virtutes infusæ; & dona Spiritus Sancti, quæ omnia dimanant à gracia habituali, tanquam passiones ab effentia, vt docet, D. Thomas.

**D.Thom. 1.2. quest.
110.a.4 ad 10.**

Gratia

18. Gratia autem habitualis iustificans diuiditur in gratiam inceptam, & gratiam consumatam, seu in gratiam viæ, & gratiam patriæ. Et de his loquitur Apostolus, cum dixit ad Corinthios: *Vt quemadmodum cœpit, ita, et perficiat in vobis etiam gratiam istam.* Quædaiusio est accidentalis. Substantialiter enim, aut essentialiter eadem est gratia viæ, & gratia patriæ, & ita intelligendus est D. Thomas quando docet, quod gratia viæ est via ad gratiam consumatam, quæ est vita æterna.

2. *Corinth. 3.6.*

*D. Thom. 1.2. quæst.
109. à 5. q. 114. ad
8. ad 3.*

19. Rursus, ista gratia habitualis sub diuiditur in gratiam finitam, & infinitam. Licet enim gratia habitualis, ut dictum est, sit quædam qualitas, ac proinde finita inesse qualitatibus; tamen inesse gratiæ, aut in ratione gratificandi, potest esse infinita ratione subiecti. Quod accidit solummodo in Christo Dominino, ut probat D. Thomas. Intelquis autem hominibus, & Angelis semper gratia est finita.

*D. Thom. 3. p. q. 7.
ad 1.*

20. Rursus, diuiditur ista gratia habitualis in gratiam capitis, & gratiam membrorum eius, quæ membra ab illo capite gratiam participant meritorie, & physicè. Christus enim Dominus est caput Ecclesiae influens in omnes fideles vitam gratiæ. *Deus, enim Pater,*

Ad Ephef. 1. 6. 22.
¶ 23.

ter, ut inquit Apostolus, gratificauit nos in dilecto filio suo. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius. Et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. De plenitudine eius nos omnes accepimus, Et gratia pro gratia, quia lex per Mōsem data est, gratia, Et veritas per Iesum Christum facta est.

Iohann. 1. 16. & 17.

*Quae nunc sunt
deinde et postea*

*D. Thom. 1. 2. quæst.
111. 1. 2. corp.*

21. Ista gratia habitualis appellatur à D. Thoma: Operans, & cooperans, illis verbis: *Quatenus animam sanat, vel vivificat, sive gratiam Deo facit, dicitur gratia operans: in quantum vero est principium operis meritorij, quod ex libero arbitrio procedit, dicitur cooperans.*

22. Gratia autem actualis, alia est externa, alia interna. Gratia actualis interna, est quoddam auxilium supernaturale, quod consistit in aliqua motione diuina, seu qualitate transeunte impressa ipsis potentibus immedia- tè à Deo. Et de hac gratia loquitur Apostolus, cum dixit ad Hebreos: *Gratiam innueniamus in auxilio opportuno. Quod auxilium est necessario prærequisitum ad eliciendum actum Ordinis supernaturalis.* De ista enim gratia docent frequenter Patres, & Concilia, esse necessariam ad hoc, ut homo præparet se ad

Ad Hebreos 4. 16.

ad gratiam, scilicet habituali, obtinendā,
Et videatur D. Thomas, & D Augustinus.

23 Gratia autem actualis interna, rursus
diquiditur, in gratiam operantem, & cooperan-
tem. Hanc autem diuisionem, in primis ab
Augustino accepi, cum dixit: *Vt ergo welli-
mus sine nobis operatur, cum autē volumus,
& sic volumus, ut faciamus, nobis cū coope-
ratur, & cooperando perficit, quod operando
incipit.* Et Augustinus videtur hanc diuisionem
ab Apostolo accepisse, cum dixit: *Abun-
dantius omnibus laboravi, non ego autem sed
gratia Dei mecum.*

24 Gratia autem ista operans, alijs etiā
nominibus dicitur: gratia praueniens, exci-
tans, vocans, vnde dixit Apostolus: *Vocabit
per gratiam suam.* Sicut & gratia cooperans,
alijs nominibus dicitur: *Subsequens, & adiu-
uans,* quas varias appellations à Cōcilio Tri-
dentino accepi, dum dixit: *Qui per peccata à
Deo auersi erant, pereius excitantem, atque
adiuantem gratiam ad conuertendum se ad
suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae
liberè assentiendo, & cooperando disponun-
tur.* Onde in Sacris litteris, cum dicitur: *Cō-
verte nos Domine ad te, & cōuertemur, Dei
nos gratia praueniri consilemūr.*

Quod.

*D.Thom. I.2.q.109.
a.6. & a.9. & 10.
D.Aug.I. de corrept.
& grat. c.11. & 12.
D.August. I. de Grati.
& liber. arbit. c. 17.*

i.Corinth.15.10.

Ad Galat. 1.15.

Trident. Jeff. E. cap. 5

25

Quod autem hæ diuisiones gratiæ,
& variæ nomina illius accidētales sint, et quod
idem in re sit gratia operans, & cooperans ex
vna parte, & gratia præueniens, & subsequens
D.Thom.i.2.q.iii.ā
3.corp.
ex alia audi D.Thomam qui paucis verbis cō-
prehendit omnes supra positas gratiæ diuisi-
ones, dicens : *Sicut gratia diuiditur in ope-
rantem, & cooperantem, secundum diversos
effectus, ita etiam, in præuenientem, & subse-
quentem, qualiter cunque gratia accipiatur.
Sunt autem quinque effectus gratia in nobis:
quorum primus est, ut anima sanetur: secun-
dus, ut bonum vellit: tertius, ut bonum quod
vult, efficaciter operetur: quartus, ut in bono
perseueret: quintus, ut ad gloriæ perueniat.*
*Et ideo gratia, secundum quod eausat in no-
bis primum effectum, vocatur præueniens, re-
spectu secundi effectus, & prout causat in no-
bis secundum, vocatur subsequens, respectu
primi effectus. Et sicut unus effectus, est poste-
rior uno effectu, & prior alio, ita gratia po-
test dici præueniens, & subsequens, secundū
eundem effectum respectu diuersorum. Et hoc
est, quod Augustinus dicit, libro de natura,*
*& gratia: præuenit, ut sanemur, subsequi-
tur, ut sanati vegetemur: præuenit, ut voce-
musr, subsequitur, ut glorificemur.*

August. l. de natur. &
Grat. c. 32.

Gra-

26. Gratia autem actualis externa latissimam habet significationem: ad hanc enim reducuntur, consilia, suassiones, prædications, & alia motiva huiusmodi. Quod autem hec, & similia sint auxilia gratiæ Dei, est expressa doctrina D. Augustini, sic dicentis: *Ni mis enim occulta Dei gratia est, qua hominum mentes, quodammodo reuiniscunt, ut possint à quibuslibet eius ministris, præcepta sanitatis audire.* Quam gratiam commendat in Evangelio Dominus, dicens: *Verba que ego loquutus sum vobis spiritus, & vita sūt.* Et ibidem explicans illud Psalmi. *Fulgura in pluuiam fecit.* Sic inquit: *De terroribus irrigauit.* Quomodo de terroribus irrigauit? Quando enim minatur Deus per Prophetā, & per Apostolum, & times; nonne coruscatio terruit te? Sed cum pœnitendo corrigeris, & agnoscis hoc misericordia fieri, in pluuiam vertitur fulguris terror.

Augst. in Psalm. 87.

Psalm. 134. num. 7.

27. Rursus ista gratia actualis, tam interna, quam externa, diuiditur in sufficientem, & efficacem, quam diuisionem ab Augustino accepi, qui sic inquit: *Item ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutorium sine quo aliquis non fit, & aliud est adiutorium, quo aliquis id fit.*

*Aug. l. se corrept. &
grat. cap. 12. & de
prædictis Santi. cap. 16
& 17.*

28 Gratia sufficiens dicitur auxilium,
quod afferit secum posse bonum operari, aut à
malo posse defsistere. Dari autem talern gra-
tiam sufficiētem ad posse, & esse necessariam
constat ex illis verbis domini: *Quia sine me,*
nihil potestis facere. Et nemo potest venire
ad me, nisi Pater, qui misericorditer me traxerit eum.
Hoc autem auxilio, & si homo possit operari,
non operabitur, vnde dixit Augustinus: *Hac*
prima est gratia, qua data est primo Adam.
Possit ergo homo permanere si vellet: quia
non deerat adiutorium, per quod posset. Et
sine quo non posset perseveranter bonum tene-
re, quod vellet. Auxilium itaque, aut gratia
sufficiēs, illud est, quo accipimus posse facere
bonum, non tamen de facto accipimus ip-
sum facere, & operari. Sicut, qui preberet in-
tellectum animę, non tamē daret intellectio-
nem ipsam actualem. Licet enim omnis po-
tentia sit ad agendum, non tamen omne auxi-
lium est ad agendum, quia non eodem con-
cursudatur potentia, & datur ipse actus, licet
potentia ordinetur ad actum. Et si ergo auxi-
lium sufficiens non det actu operari, non ideò
desinit esse sufficiens; quia dat omne, quod re-
quiritur ad posse, in quo sufficientia consistit.
Posse enim operari, non est ipsum operari. Cū
autem

Ioann. 15.5.

Ioann. 6.44.

August. 1. de corrept.
& grat. cap. 11.

autem ista gratia, aut auxilium nulli denegatur absolute loquendo, quia Deus non deficit in necessariis, iuxta illud: *Quid ultra debui facere vobis mea, et non feci?* Propterea peccatum committitur, cum dato auxilio sufficiens, homo habeat omnia requisita ad posse operari, & pro innata libertate, & infirma voluntate non vult operari, iuxta illud: *Vocavi, et renuiistis.* *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti?* Vnde cum aliquando loca Sacrae Scripturæ in peccatoribus videatur adstruere impossibilitatem ad bene operandum; in sano sensu explicanda sunt, non enim absolutè, sed ex aliqua suppositione loquuntur. Ut videre est in illis verbis Iohannis Apostoli, qui dicit de obsecratis Pharisæis:

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: excacauit oculos eorum, et indurauit cor eorum, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et conuertantur, et sanem eos. Hoc, inquam, & similia, non absolutè intelligenda sunt: sicuti nunquam absolutè tollitur auxilium sufficiens ad posse in hac vita. Licet enim Deus excæcet, & obdurret, non dando malitiam, sed non largiendo gratiam, ut dicit Augustinus; adhuc in hac vi-

Isaie. 5.4.

Proverb. 1.24.
Math. 23.37.

Iohann. 12.39.

August. Epist. 105.

*August. tract. 53. in
Ioann.*

ta, nunquam tollitur absolutè posse operari, aliàs non peccaret, si absolutè bonum non posset operari, & à malo nullatenus posset absit inere. Vnde dixit Augustinus, explicans verba Ioannis Apostoli allegata: *Non poterant credere, quia nolebant.* Et ita intelligēdus est, & explicandus idem D. Augustinus, cum dixit de statu alicuius perditissimi peccatoris: *Per malum velle, per didit bonum posse.* Si tamen aliquando cōtingeret occultissimo Dei iudicio, quod homo absolutè in hac vita non posset, tunc nō peccaret; ut dixit Augustinus de Pharaone: *Nō fuisse imputatum Pharaoni ad culpam*, quod non obtemperarit Deo; quoniam obdurate corde obtemperare nō poterat. Sed pergamus iam hinc, nam cum hæc agitaret, dixit Augustinus: *Hic occurrit quæstio de qua quidem*, ut competenter aliquid disputetur, *& omnes eius latebrofissimi sinus perscrutentur, & excutiātur, ut dignum est,* nec mearum virium esse arbitror, nec angustiarum temporis, nec vestræ capacitatissimæ.

29 Gratia autem efficax, est auxilium, quod secum assert infallibiliter operationem boni; nam influit in actum humanum, non solum, ut operetur, sed ut libere exerceatur. Itaque est illud, quo homo de facto accipit Deo

*August. in exposit.
Epist. ad Rom. c. 26.*

*August. citat. tract.
53. in Ioann.*

Deo ipsum facerē, & operari bonū. Quod autē talis gratia, aut auxilium detur, est communis doctrina Theologorum, dēsumpta ab Augustino, illis verbis: Primo itaque homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, accep- perat posse non peccare, datum est adiutorium perseverantiae, non quo fieret, ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium, persevera- re non posset. Nunc verò Santis in regnum Dei per gratiam Dei predestinatis, non tan- tum tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale, ut perseverantia ipsa donetur. Non so- lum enim dixit: sine me nihil potestis facere, verum etiam: ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Christo enim sic ponente, ut eant, & fructum afferant, & fructus eorum perma- neat, quis audeat dicere, forsitan non mane- bit? Quomodo autem hæc efficacitas gratiae cohæreat cum natura liberi arbitrij non est præsentis iustituti tractare; consule autem D. Augustinum, qui hanc difficultam questio- nem saepius agitauit.

30. Rufus, ista gratia efficax diuiditur in ordinariam, & extraordinariam, seu mira- culosam. Ordinaria, est vocatio cuiuslibet peccatoris. Extraordinaria, fuit vocatio, &

Augst. I. de concept. & grat. cap. 12. & de prædict. Sanct. cap. 16. & 17. & lib. de Grat. Christ. cap. 14. & lib. de grat. & libero ar- bitrio. cap. 6. & lib. de dono perseverant. cap. 6. & 9.

Augst. I. q. ad Boni: faciem. c. 6. & 9. & lib. 1. de Grat. Christ. cap. 10. & 12. & I. de Grat. & libero arbit. & Epist. 25. & Epist. 27. & Epist. 189. & libr. de dono perser- vant. cap. 13.

conuersio Pauli, aut Magdalena.

31 Rursus gratia efficax diuiditur, in efficacem respectu alicuius operis perficiendi, vel respectu totius vite in bonis operibus consumandæ. Quod autem sit gratia efficax necessaria ad singulos actus, est expressa doctrina D. Augustini. Quod autem sit gratia efficax necessaria ad cursum vitae bene consumandum, patet, nam hoc est idem, quod donum perseverantiae, quæ est singulare quoddam Dei donum, non omnibus commune, de quo tractat D. Augustinus. Et perseverantia est continuatio auxiliorum efficacium in homine iustificato, quibus exterrè protegatur, & internè efficaciter inspiretur usque ad mortem, vel assistentia ipsorum auxiliorum Dei in articulo mortis. Hæc autem gratia, nō omnibus datur, sicuti nō omnes prædestinati sunt, aut saluantur, in quo nullatenus potest inueniri personarū acceptio, sed inuestigabile, & inscrutabile iudicium Dei. De quo iterum disputationat D. Augustinus.

32 Et notandum, quod aliquando ista gratia efficax videtur vocari sufficiens, ut videatur est in illis verbis Domini ad Apostolum: *Sufficit tibi gratia mea.* Quod de gratia efficaci dictum est, in quantum habet sufficientem

Aug. Epist. 106.

Aug. I. 1. de dono perseverant. cap. 5. ¶ 6.
¶ 7. ¶ 9. ¶ l. 2. c. 14
Et libr. 14. de ciuitat. Dei, capit. 27. ¶ l. de corrept. ¶ grat. c. 12.
Et Epist. 107. ¶ 105.

Aug. I. 1. ad Bonif. cap. 20. ¶ l. 2. cap. 5.
¶ l. 4. cap. 9. ¶ l. de grat. ¶ liber. arb. cap. 5. ¶ 15. ¶ 20. ¶ l. de Grat. Christ. c. 14. ¶ l. de prædest. Sanct. c. 3. ¶ Epistol. 105. ¶ lib. 22. de ciuit. Dei, c. 20. ¶ l. 2. de peccat.

tem efficacitatem ad vincendas effectiuè omnibus tentationes, ut Paulus de facto non sucumberet stimulo carnis.

*meritis, cap. 18. & l.
de dono persever. cap.
8.9.12.*

33 Ex quibus omnibus iam vides, omnes ferè gratias sublimissimo modo in Beata Virgine esse inuentas. Solummodo enim carent Gratia unionis, & Gratia infinita, & Gratia capitis. Gratiam autem sufficientem non habuit, cum in illa semper fuerit efficacissima. Sed relictis alijs, de Gratia habituali gratum faciēte, quæ est forma iustificantis, in præsenti quæstione est difficultas.

(***)



19. 8. 1966
Sri Lanka
21. 8. 6

02

Dear Sirs,
I am writing to you to express my thanks for your kind offer of a scholarship to study at the University of Colombo. I am very grateful for this opportunity and I will make the best use of it. I am currently working as a teacher in a local school and I am keen to continue my studies while working. I would like to request that the scholarship be awarded for one year, starting in January 1967. I would also like to request that the scholarship be used to cover my tuition fees, accommodation, and living expenses. I would appreciate any information you may have on the application process and the requirements for the scholarship. Thank you very much for your time and consideration.

Yours sincerely,

S. D. Jayawardena



1966

I. PARS. QVÆSTIONIS.

ALIQVA PRÆSVPPO-
nuntur, aut necessaria, aut ad re-
solutionem difficultatis, &
veritatis indagatio-
nem vtilia.

PRIMO Supponendum est, Iustos in hac vita posse mereri de condigno, & obtinere augmentum gratiae bonis suis operibus, sicuti possunt augeri in iustitia, & sanctitate, cuius est forma Gratia habitualis, vt docent Theologici cum Sancto Thoma. Hæc propositio est de fide expressa in Concilio Tridentino, cuius titulus est : *De accepta iustificationis incremento.* Vbi plura Sacrae Scripturæ allegantur loca, præcipue illud Appocalypsis : *Qui Iustus est, iustificetur adhuc, & Sanctus, Sanctificetur adhuc.* Et illud Ecclesiastici : *Nè verearis, usque ad mortem iustificari.* Cum autem iustificemur per gratiam, vt dixit Apostolus : *Vt iustificati gratia ipsius.* Et de fini Concilium Tridentinum : *Si quis*

F dixerit

S.Thom. 3.2.q.114²
art.8.
Trident. sess. 6.c.10.

Apocalyp. ultimæ;
Ecclesiastic. 18.

Ad Titum. 3.
Trident. sess. 6.c.11.

15

dixerit, homines iustificari, vel sola imputa-
tione iustitia Christi, vel sola peccatorum re-
missione, exclusa gratia, & charitate, qua in
cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffun-
datur, atque illis in heretis, aut etiam gratia,
qua iustificamur, esse tantum favorem Dei;
anathema sit. Inde est, quod augmentum ius-
titiae sit per augmentationem gratiae habitualis, ad
cuius augmentationem exortat expresse B. Apo-
tolus Petrus dicens: Crescite vero in gratia.
Vnde ex his, & alijs locis, sic determinat Con-
cilium dicens: Si quis dixerit, iustitiam ac-
ceptam non conservari, atque etiam augeri
coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fruc-
tus solummodo, & signa esse iustificationis
adepte, non autem ipsius augenda causam;
anathema sit. Quibus verbis destruere, atque
damnare intendit Lutheranorum errorēm,
scilicet, quod omnes iusti sint æqualiter iusti
per extrinsecam iustitiam Christi, & quod opera
bona non sint meritoria augmenti gratiae, sed
solum esse signa adeptæ iustitiae per solam fi-
dem, aut fiduciam certam de misericordia
Dei, non imputatis peccata propter iustitiam
Christi: de quo vide Dominicum Bañez.

Bañez in 2.2. Sanet.
Thom. quæst. 24.a.6.

2. Secundo supponendum est, magnum
versari discrimen inter gratiam Christi Do-
mini,

mini, & gratiam aliorum hominum, nō dum beatorum, quod gratia Christi Domini, cum sit infinita in genere gratiæ, non potest augeri, gratia autem aliorum hominum, qui nō dum ad beatitudinem pertuerunt, cum sit finita, potest augeri in infinitum. Audi D. Thomam differentem de Charitate (& idem est de gratia; nisi velis cum aliquibus, gratiam, & charitatem esse idem) qui sic inquirit : *Utrum Charitas augeatur in infinitum?* Et sic respondit. Respondeo dicendum, quod terminus augmento alicuius forma potest præfigi tripli citer; uno modo, ex ratione ipsius forma, quæ habet terminatam mensuram, ad quam, cum peruentum fuerit, non potest ultra procedi in forma: alio modo, ex parte agentis, cuius virtus non se extendit ad ulterius augendam formam in subiecto: tertio, ex parte subiecti, quod non est capax ulterioris perfectionis. Nullo autem istorum modorum imponitur terminus augmento Charitatis in statu viae. Ipsa enim Charitas secundum rationem propriæ speciei, terminum augmenti non habet; est enim participatio quadam infinita charitatis, quæ est Spiritus Sanctus. Similiter etiam causa agens charitatē, est infinita virtutis, scilicet Deus. Similiter etiam ex parte subiecti, terminus

D.Thom. 2. 2. quest.
24. a. 7. & 1. 2. q. 114
art. 8. eodem modo lo-
quitur de augmento
gratia.
Gratiam, & carita-
tem esse idem, finitam,
Mag. st. in 2 d. st. 26.
& ibi Durand. Aureo-
lus. Richardus. Ga-
briel, & ceteri No-
mina. Bellarm. l. 1.
de grat. & libero arbi-
trio, cap. 6. & 7. Vega
in Trident. l. 7. c. 25.
& Vazq. reputat pro-
babile 1. 2. quest. 110
disput. 198. cap. 3.

55
ibusc augmento prafigi non potest, quia semper charitatem crescente, super excrescit habilitas ad ulterius augmentum. Vnde relinquitur, quod charitatis augmento nullus terminus præfigatur in hac vita.

Et ad primum dicendum, quod augmentum charitatis est ad aliquem finem, sed ille finis non est in hac vita, sed futura.

Ad secundum dicendum, quod capacitas creature rationalis per charitatem augetur: quia per ipsam cordilataur; secundum illud ad Chorinthios 6. Cor nostrum dilatum est. Et ideo abhuc ulterius manet habilitas ad maius augmentum.

3 Sed dices fortasse; si charitas, & gratia possunt augeri in infinitum; ergo capacitas animæ ad semper recipiendum est infinita. Hoc non tibi inferat magnam difficultatem, concedimus enim tibi omnia, ut nullā querimoniæ habeas rationem. Sed audi obsecro D. Thomam. sic loquente: Quod vero dicitur, quod in creatura potest esse potentia passiva infinita, nullam habet calumniam. Potentia enim importat respectum ad possibile, unde potentia passiva creature, dicitur infinita secundum quod ad infinita se habet, sicut potentia materia prima se habet ad infinitas formas, et figuræ, et intellectus possibilis se habet ad infinitas

nitas species intelligibiles; nec propter hoc sequitur, quod aliquid creatū sit infinitū simpliciter, sed infinitū in potētia tantum. Hac autē potentia passiva infinita in rebus naturalibus non reducitur in actu tota simul, sed successiue.

4. Gratia autē Cpti D. fuit actu infinita, in ex parte gratiæ, tā ex parte ipsi⁹ gratiæ, quā ex parte ipsi⁹ subiecti. Audi iterū D. Thom. *Finis gratiæ est unio creature rationalis ad Deum; non potest autē esse, nec intelligi maior unio creature rationalis ad Deum, quam, quæ est in persona.* Et ideo gratia Christi pertinet ad summā mensuram gratiæ. Sic igitur manifestum est, quod gratia Christi non potest augeri ex parte ipsius gratiæ. Sed nec etiam ex parte subiecti: quia Christus, secundum quod homo, à primo instanti sua conceptionis fuit verus, & plenus comprehensor. Unde in eo non potuit esse gratia augmentum, sicut nec in alijs beatis; quorum gratia augeri non potest, eo quod sunt in termino. Hominum vero, qui sunt pūrē viatores, gratia potest augeri, & ex parte formæ, quia non attingunt summū gratiæ gradum, & ex parte subiecti, quia nondū permanenerunt ad terminum.

D. Thom. 3. p. q. 7.
art. 12.

5. 3. Supponendum est, quod habere aliquod

12
quod donum per se, est nobilior, quam habere illum per alium. Semper enim causa, qua est per se, potior est ea, qua est per aliud. Ut dicitur in 8. Physicorum. Vnde nobilior habetur id, quod habetur per meritum, quam id quod habetur sine merito. Quia autem omnis perfectio, & nobilitas Christo est tribuenda, consequens est, quod ipse per meritum habuerit illud, quod alij per meritum habent: nisi sit tali quid, cuius carentia magis dignitati Christi, & perfectioni praejudicet, quam per meritum accrescat. Quia, cur meritum non sit, nisi eius, quod nondum habetur, oportet, quod Christus aliquando isti caruisset: quibus carere, magis diminuit dignitatem Christi, quam augeat meritum. Sed gloria corporis, vel, si quid aliud huiusmodi est, minus est, quam dignitas merendi, qua pertinet ad virtutem charitatis. Et ideo dicendum est, quod Christus gloriam corporis, & ea qua pertinent ad exteriorem eius excellentiam, sicut est ascensio, veneratio, & alia huiusmodi, habuit per meritum. Quae omnia sunt verba D. Thomæ.

D. Thom. 3: part. q.
¶ 9. art. 3.

Et nota, quod Christus Dominus, à principio vitae, usque ad finem continuò meruit. Ut docent Theologi super hunc locum D. Thom. & nullus inuictus est Theologorū, qui contrariò docuerit, ut testatur P. Doctor Franciscus Suarez ibidem

Suarez ibi scđ. 3.

ibidem. Licet enim quilibet actus meritorius Christi Domini esset infiniti valoris intensius ex infinite gratia, & personae, nihilominus plus extensius merebatur pluribus actibus, & pluribus titulis. Nisi velis dicere, quod forte ex ordinatione diuina aliquae actiones erant destinatae ad unum premium, & aliae ad aliud. Sed mereri durabit usque ad mortem, nam absque fundamento diceretur, quod in tali tempore merebatur, & in alio non; cum ratio D. Thomae de omni tempore vitae verificetur.

6. Quartum supponendum est, meritum respectu premium necessario habere aliquam prioritatem, aut temporis, aut instantis; sine aliqua enim ex his non potest esse, nec intelligi ratio meriti respectu premium: alias non dabitur premium intuitu meriti, & ut mercede eius pro labore, quam mercedem intendit consequi ipse laborans in merendo. Itaque, licet premium de se, cum sit finis intentus, sit primum in intentione, sed in executione prius est meritum. Audi D. Thomam: *Meritum est causa premium. non quidem per modum finalis causa, sic enim magis premium est causa meriti. Sed magis secundum reductionem ad causam efficientem, in quantum meritum facit dignum premio, et per hoc ad premium disponit. Id autem, quod est.*

D. Thom. quatt. 29.
de veritate art. 6.

P. 5

est causa per modum efficientis nullomodo potest esse posterius tempore ea, cuius est causa.

7. Et de prioritate saltim instantanea loquitur D. Thomas, cum enim ageret de merito Angelorum, sic inquit: Non autem potuit simul in eis esse actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, cum unus sit gratia imperfecta, & alius gratia consummata. Unde relinquitur, quod opportet diversa instantia accipi, in quorum uno meruerit Angelus beatitudinem, & in alio fuerit beatus.

8. Quod de merito; quando aliquis sibi ipsi meretur, manifestum est, sicut enim prius est esse, & postea operari, sic prius est mereri, & postea premiari; & potiori ratione hoc posterius, quam illud prius; ad hoc enim requiritur prioritas temporis, cum adesse respectu operationis sufficiat prioritas naturae, & compatiatur si multas temporis, ut patet in Angelis, qui a primo instanti sui esse meruerunt, & tamen in illo non valuerunt premium obtinere, ut docuit manifesta ratione Angelicus Doctor.

9. Quando autem alicui datur aliquid intuitu operum subsequentium, non habet illud rationem premij, neque opera subsequentia facta pro illo, habent rationem meriti. Au-

D.Thom. 1. p.q. 62.
a. 5. q. 63. a. 6. q.
quod lib. 9. a. 8. q. in
2. sent. dist. 5. q. 2. a. 2
vide Salmant. de An-
gel. tract. 7. disp. 12.
dub. 2.

D.Thom. loco citat. i.
part. q. 62. a. 3. ad. 1.

dij D.Thomam: *Quod autem in humanis aliis
genitibus pro accepto beneficio Domino suo seruit,
magis habet rationem gratiarum actiones, quam
meriti.*

10. Si autem intuitu meritorum Christi
futuri antiquis Patribus conferebatur gratia, hoc
diuina dispensatione factum est, ut illius
operatio non solum proficia esset posteris, sed
& prærogaret gratiam antiquis. Sed tale do-
num non habebat de se rigorosam rationem
præmij, nam debebat præcedere meritum:
Vnde ipsi antiqui patres, etiam si ratione gra-
tiae essent filii, ac proinde hæredes, hæredita-
tem beatitudinis consequi non valuerunt, do-
nec Christus a ricto Crucis aperiret portas
regni Celestis, ut præcedente merito Passio-
nis consequeretur præmium redempcionis.
Cum autem hoc beneficio non possent perfici
antiqui Patres, nisi in gratia deceperint, prop-
terea intuitu meritorum Christi illis collata
est. Cum enim Incarnatione, & Passio pro re-
demptione hominum fuerit decreta, aut ad
hoc ordinata, licet sit posterior collatione gra-
tiae, quæ data est antiquis Patribus ante aduen-
tum ipsius Christi; intuitu ipsius redempcionis
data est, alias enim non possent esse participes
redemptionis, si sine gratia deceperint. Itaque

exprimitis meritis Christi gratiam obtinebant. Quae merita, saltem istam prioritatem habedant ex ordinatione Dei. Cum enim meritum non sit causa per se absolutè efficiens premium, sed moralis excitans, seu mouens illum, qui datus est præmium influere suo modo potest, antequam realiter existat, si per cognitionem moueat premitantem, ut ex speciali ordinatione, & dispensatione Dei accidit in meritis Christi Domini, de quibus tractant theologi cum D. Thoma agentes de satisfactione, & meritis Christi.

D. Thom. 3. part. q. 1
art. 2. q. quæf. 19. a.
4. vide ibi Suarez dis-
putat. 4. scđ. 2.

Sed in hoc semper cauendum est, quod talis præuisio non inuoluat aliquam contradictionem. Sicut enim impossibile est, quod præuideantur merita esse, quæ non dum sunt, ita impossibile est, quod præuideantur esse pro illo signo, pro quo non sunt. Propter quod nota, quod cum intuitu meritorum Christi, aut ex præuisis meritis illius beneficia antiquis Patribus, qui extiterunt ante ipsum, collata sint; cum hoc tamen stat, ut post tot sæcula, quando ipse incepit esse, ut homo, non est collatum ei aliquid ex præuisis meritis ipsius. Quare? Propter dicta. Quia contrarium involvet contradictionem. Quia cum meritum necessariò precedat præmium, saltem in præuisio-

ne Dei, & prius sit esse, quam operari, & mereri omnia illa, quibus non erat decens, ut careat Christus Dominus, habuit non ex merito, sed ex debito suæ dignitati, & personæ, aut ex dono suæ Diuinitatis. Nam quando Deus ex præuisis meritis ipsis Christi intenderet dare aliquid ipsi Christo, iā præuideret ipsum Christum futurum, cum omnibus sibi debitiss, & ab eodem Deo decretis, saltim proprio instanti sui esse. Cum Incarnatio non esset futura absque decreto libero Dei de illius futuritione. Et hoc est ante merita: nam prius est esse, quam operari, & mereri; ergo impossibile est, quod pro illo signo, in quo intelligitur primū operari, & mereri, intelligatur aliquid, ut præmium ex meritis, cum meritum sit ante præmium, aut tempore, aut instanti, aut ex ordinatione, & dispensatione Diuina in præuisione Dei.

12 Ad cuius pleniorē intelligentiā ex materia de prædestinatione, aliqua in memoriā oportet, ut reducas. In qua est difficultas inter Theologos circa modum, quo operata est prædestination, aut electio hominū ad gloriam. Aliqui enim Theologi dicunt: talē electionem fuisse omnino gratuitam, & ante prævisionem meritorum, & quod postquam fac-

ta est talis electio, determinauit Deus media, & decreuit dare gratiam, & merita, ut consequetur gloria, tanquam corona. Sed alij ecō trario dixerunt: quod prius decreuit Deus dare aliquibus gratiam, & merita, quibus praeuisis, elegit eos ex iustitia ad gloriam. Ex quo liquido infertur, quod quando Deus decreuit eligere aliquens ad gloriam ex praeuisis meritis, merita, que sunt prius in praeuisione Dei, erunt similiter prius in executione: nam cum meritorum debet procedere premiu ex natura sua, etiam in praeuisione Dei erit similiter prius.

13. Et aduerte, quod ista merita non possunt praeuideti ad dictum effectum, nisi scientia visionis. Cum enim in Deo duplex scientia cognoscatur a Theologis, scilicet scientia simplicis intelligentiae, & scientia visionis, illa, qua cognoscit possibilia; ista qua cognoscit futura, que non possunt esse talia, nisi postquam cedeboreto Dei, ergo credendo de nuda possibiliate, sortiuntur futuritionem insalibilem. Et non facimus mentionem de scientia media, non quia non est, sed quia non est ad rem. Talis enim scientia, cum sit ante decretum futuritionis, non intuetur Deos per illam, per ipsum, v.g. operantem absolute, sed solunum modò videt, quod taliter op̄. ratietur, si in tali, vel tali se

Vide Salmant. de Pro-
dicit. Dei, d: spūat. 9.
dub. 1. §. 1. num. 3.

D. Thom. 1. part. 4.
14. art. 9. Q̄ 12. Q̄ 1.
Contrad. exp. 66.
Et in 1. sent. diff. 38.
queſt. 1. art. 4.

riē rerum constitueretur, intaliaūtem scacu non potest aliquid decerni ex praeuisis meritis, etiam secundum mentem adstruentium talē scientiam medium: nam ipsi assignant hanc scientiam, non solum ante decretum prædestinationis, sed etiam ante decretum constituen-di Petrum in tali seriē rerum, ut operetur cum effectu opera, quibus mereatur vitam æternā. Nam qui affereret, quod ex præuisis meritis talī scientia media eligitur prædestinatus ad gloriam, faceret ipsum prædestinatū causam suæ prædestinationis, cum sit solus Deus eligens gratis ad gloriam, aut eligens gratis ad gratiā, ut præuisis meritis ex illa eligat ex iustitia ad gloriam. Itaque in præuisione scientię medię non datur meritum, quod præuideatur, ut præmio afficiatur. Ac proinde, quando dicitur dari aliquid ex præuisis meritis, intelligitur de meritis præuisis scientia visionis, quando ipsa merita iam habent ex voluntate Dei determinatam futuritionem. Audi Augustinum dicentem: *Hæc est immobilis veritas prædestinationes, & gratia. Nam quid est, quod ait Apostolus: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem? Quod profecto, si propter ea dictum est, quia præscivit Deus credituros, non quia facturus fuerat ipse credentes, contra istam*

August. lib. de prædest.
Sanctorum, cap. 17.
Vide Salmant. de sciencie Dei, disp. 10. dub. 1. & disp. 11. codicis dubio.

istam præscientiam loquitur filius dicens: non
vos me elegistis, sed ego elegi vos. Cum hoc po-
tius præsicerit Deus, quod ipsi eum fuerant
electuri, ut ab illo mererentur eligi, electi sunt,
itaque ante mundi constitutionem ea præde-
stinatione, in qua Deus sua futura facta præ-
ciuit: electi sunt autem de mundo ea vocatio-
ne, qua Deus id, quod prædestinavit, implevit.

14. Quinto supponendum est, quod sicut
prima gratia non potest cadere sub meritum,
quia meritū præsupponit gratiam, quæ est ra-
dix meriti, & dat proportionem, & ordinat ad
supernaturalia, ita similiter, & propter ean-
dem rationem, gratia iam habita, non potest
cadere sub meritū. Audi D. Thomā: *Postquā*
autem iam quis habet gratiam, non potest
gratia iam habita sub meritū cadere, quia mer-
ces est terminus operis, gratia vero est princi-
pium cuiuslibet boni operis in nobis. Ac si di-
ceret: Sicut enim non potest aliquid simul esse
principium, & finis, initium, & terminus, cau-
sa, & effectus, radix, & fructus respectu eius-
dem, ita gratia iam habita non potest mereri,
quia est principium ipsius actus meritorij, & si
mereretur, esset finis, terminus, effectus, &
fructus ipsius actus meritorij.

15. ¶ Audi, & aliam rationem; quia si
a literis

D.Thom. I.2.q.114.
art.5.

aliter fieret, amitteret gratia suam naturam, aut proprietatem in statu viatoris. Nam cum gratia habeat in virtute vltiorem gratiam consequendam, mediante operatione Chari-tatis, semper ad vltiora se extendet, vt inquit Apostolus: *Quare retro sunt obliuiscens, ad ea, quae sunt priora, extendens me ipsum.* Gradus autem gratiae iam habitus est ex ijs, quae retro sunt, itaque non potest aliquis laborare pro eo, quod in obliuione habet, aut currere pro eo, quod retrō relinquit. Vnde nec Christus Dominus potuit sibi mereri, ea, quae à primo instanti Incarnationis habuit. Ut dictum est supposito 3. ex doctrina D. Thomæ, qui aliquando vocat meritum causam efficientem præmij, ut iam vidisti supposito 4. Aliquando vocat meritum dispositionem ad præmium, aliquando vocat meritum viam ad premium. Causa autem efficiens est ad illud, quod non dum est; dispositio autem est ad consecutionem illius, quod non dum habetur, & via similiter est ad terminum, quo perueniendum est, non quo peruentum est. Vnde hoc ipsum alibi supponit, ut certum dicens: *Cum meritum non sit, nisi existat, quod non dum habetur.* Et alibi: *Nullus meretur, quod iam habet.*

16 Scxto supponendum est; conditiones
ali-

Ad Philiippiens 3. 13.

D. Thom. 3. part. q.
19. art. 3. & 1. part.
quæst. 23. art. 5. & q.
62. art. 4.

25

aliquas necessario præ requiri a Theologis, ad
hoc, vt detur meritum, & augmentum illius.
Quibus positis, meritum, & augmentum simu-
liter necessario concedenda sunt.

Prima conditio est, vt actus meritorius sit
honestus, id est, bonus ex obiecto, fine, & cir-
cumstantijs; actio enim non adornata honeste-
tate non potest esse Leo grata, ac proinde ni-
hil poterit ab eo promereri. Ac proinde dixit
Concilium Tridentinum in præallegato loco
supposito i. *Iustitiam augeri per bona opera.*
Et est per se notum.

Ecclesiastic. 15. 16.
1. Corinth. 9. 2.

Aristoteles. 3. Ethicorum.
cap. 5.

Hieronym. l. 1. contra
Iouianum.

17 Secunda conditio est, libertas in ope-
rante, vel contradictionis, vel contrarietatis;
Naturalibus enim, & multo minus necessa-
rijs, nec meremur, nec demeremur. Est com-
mune Theologorum assertum desumptum
ex Aristotele, vnde in carente usu rationis in
motibus prius primis, & in actibus externis
non imperatis ab internis, vt cadant sub elec-
tione, meritum esse non potest. Et sufficiat au-
thoritas D. Hieronymi dicētis: *Ubique necessitas,*
ibi, nec corona.

18 Tertia conditio est, quod persona me-
rens sit viator. Comprehensor enim cum sit
in termino, non tendit in beatitudinem, nec
laborat pro præmio, aut remuneratione, cum
nihil

nihil speret, sed omnia in Deo possideat, & cū iam Deum videat, non ambulat: *Quoniam dū sumus in corpore, peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem.* Vt dixit Apostolus: Vnde, & Christ⁹ Domin⁹, licet esset comprehensor, cum etiam esset in carne mortali, erat simul viator, vt posset sibi mereri corporis glorificationem, in quam tendebat, & sui nominis exaltationem, qua carebat (& si quæ alia huiusmodi nondum haberet) & hominibus redemtionem, pro quibus sanguinē fudit, & vitā perdidit. Quæ omnia sunt similiter omnibus Theologis nota. Vi de S. Thomam.

2. Corintb. 5.7.

*D. Thom. 3. part. q.
15. art. 10. Q. q. 19. ad
3. ad 4.*

19 Quarta conditio est, quod sit persona Deo grata, hoc est, quod habeat gratiam, sicut enim actio debet esse bona, vt sit grata, & meritaria, sic, & persona. Sine gratia enim, quæ nos facit participare Diuinam naturam, non possumus promereri aliquid supernaturale, cū solagratia sit semen gloriæ, vt inquit Apostolus: *Gratia Dei vita aeterna.* Ac proinde radix ipsius augmenti gratiæ; sine gratia enim non habent proportionem opera humana cū præmio supernaturali, quod est gratia, & augmentum illius in præsenti sæculo, & gloria in futuro. Vnde prima gratia non potest cadere

Ad Roman. 6.

Ad Romani. 3.

Trident. seß. 6. cap. 8.

*D. Thom. 3. p. q. 63.
a. 5. & 12 a. 114. a.
4. ad 5. A. g. de grat.
Dei, cap. 3.*

*D. Thom. de veritat.
q. 29. art. 5. ad 4.*

*D. Thom. 3. p. q. 49.
art. 6.*

sub meritum, ut inquit Apostolus: *Iustificati gratis per gratiam ipsius*. Et Concilium Tridentinum explicans prefatae Apostoli verba, sic ait: *Nihil eorum, quae iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera iustificationis gratia promerentur*. Quia meritum gratie præsupponit gratiam, saltem prioritate naturæ, ut docet D. Thomas, & contrarium esset haeresis Pelagiana, ut testatur Augustinus. Et si omnimodè velis perpendere, quod gratia habitualis sit ratio formalis merendi; nota, quod si ratio infinitatis in meritis Christi attribuatur infinitati personæ, ratio merendi omnimodè attribuitur gratiae habituali ipsius; & accipe locum singularis Doctoris Angelici: *Quamuis meritum Christi, quādam infinitatis rationem habeat ex dignitate persona, tamen rationem meriti habet ex gratia habituali, sine qua meritum esse non potest.*

20. Quinta conditio est, quod actio meritaria sit proportionata cū præmio. Non enim cuilibet merito correspondet quodlibet præmium. Loquimur enim de merito rigoroso, & de condigno, aut æquali ipsi præmio. Cū enim ratio meriti, ad iustitiam pertineat, & qualitatè requirit inter meritum, & præmium, ut per se notum est, & in materia de merito tradunt Theologum cum D. Thom.

Sex-

21 Sexta conditio est ex parte personæ pre-
miantis, quod interueniat pactum. Deū enim
nemo potest in obligationem inducere, ut tri-
buat aliquid, nisi ipse ad hoc velit se obligare,
promittendo retribuere. Quod breuiter ad-
dixit Augustinus, dicens : *Nihile ei dedimus,*
non est quomodo ista voce exigamus Deum de-
bitorem. Illo ergo modo possimus exigere Do-
minus, redde quod promissisti. Licet in hoc
sit magna controuersia inter scholas, cū enim
non idèò sit actio meritoria, quia Deus illi pro-
missit remunerationem, sed ècontra; idèò De⁹
acceptat, & remunerat, quia est condigna pre-
mio; idèò aliqui negant requiri pactum, aut
promotionem. Ex eo enim, inquiunt, quod ac-
tio sit de se meritoria de cōdigno, Deus neces-
se illam acceptabit, & prēmium pro illa retri-
buet, aut pactum est intrincicē inclusum in ip-
sa natura actionis meritorie. Vnde dixit Apo-
stolus: *Ei, qui operatur, merces non imputatur*
secundum gratiam, sed secundum debitum. Et
videatur D. Thom. Sed si velis ingredi viam
priorē, & substinere esse pactum necessariū,
dic, quod requiritur pactum, seu promissio, nō
precisē negatiuē, quatenus remunerator non
petit alia opera præstantiora, neque requiritur
acceptatio significativa: nam hæc supponitur

Augvſt. ſerm. 16; de
verbis Domini.

Ad Roman. 4:6

D. Thom. 1.2.2q. 114.
art. 1.2. C. 3.

In ipso valore operis dignificati ex gratia, sed est ordinatio actualis ad præmiū, non supplens dignitatem, sed inducens obligationem, & debitum retributionis.

Tobiae 5,6. 22 Et hæc sunt supposita, in quibus sunt fundamenta omnium posteā dicendorum. Et rogo te, ut illa memoriae commendare digneris: *Et repone tibi, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.* Ut dixit Angelus Raphael Thobiæ iuniori. Vnde ad secundam partem huius tractatus iam procedendum est.

II. PARS QUÆSTIONIS.

In qua resolutur difficultas per conclusiones, & fundamen-
ta, & rationes.

23 **P**rima conclusio. Beatissima Virgo me-
rebatur continuo a principio vitæ us-
que ad finem.

Probatur conclusio. Si enim Christus Domi-
nus, etiam si esset comprehensor, quia tamen
simulerat viator, toto vitæ tempore meruit,
etiam si quælibet actio meritoria esset digna
infinity retributionis, ut patet ex supposito ter-
tio.

tio. Cur igitur hoc Virginis denegandum sit? Non ob excellentiam aliquam, cur Christus sit excellentior. Non, quia est inferioris dignitatis, quia quilibet iustus toto vitae tempore potest mereri. Absque fundamento, igitur, dicitur, quod Beatissima Virgo non merebatur. Et propterea, neque contrarij in hac parte a nobis dissidentiunt, sed dicunt: semper meruisse, verum tam non sibi, sed alijs. Ideo sit.

24 Secunda conclusio. Beatissima Virgo, non solum merebatur alijs, sed, & sibi, ad minus, glorificationem animae, & corporis.

Et probatur ratione, quae videtur irrefragabilis. Nam Christus Dominus non solum merebatur alijs, sed, & sibi glorificationem corporis, & sui nominis exaltationem; quia licet esse in anima gloriosus carebat corporis glorificatione, in qua tendebat, & quia licet esset filius Dei, tamen non erat cognitus, ut talis in mundo, & licet corporis glorificatione, & nominis exaltatio essent debita sibi, tamen pro illis laboravit: quia habere per meritum est nobilius, ut dictum est supposito tertio. Ergo, & Beata Virgo mereuit toto tempore vitae, non solum alijs, sed, & sibi, ad minus, animae, & corporis glorificationem. Licet enim ex eo, quod esset in gratia, debebatur illi gloria, pluribus titulis merebatur subli-

sublimiorem gloriam. Vnde, & haec conclusio videtur ex supra dictis per se nota. Neque a contrarijs expressè negata est, nec videtur posset negari. Licet implicitè illi contradicant, ne cesset est, dum negant Virgini meritum gratiæ. Vnde sit.

25 Tertia conclusio. Beatisima Virgo meruit sibi toto tempore vitæ augmentum gratiæ habitualis.

Probatur primò ex dictis in conclusione antecedenti. Quia Virgo merebatur de condigno gloriam animæ, & corporis; ergo merebatur gratiam. Patet consequentia. Quia viator meretur gloriam ex eo, quod meretur gratiæ, quæ est semen gloriæ. Sicut enim sine gratia non datur gloria; ita sine merito gratiæ non datur meritum gloriæ, & sine merito augmentum gratiæ non datur augmentum meriti gloriæ.

26 Probatur secundò. Ideò Christus Dominus non poterat mereri gratiam; quia, cum gratia sit semen gloriæ, & Christus Dominus erat iam in gloria essentiali animæ, ut dictum est supposito tertio: superfluum esset omnino, ut exiret ad seminandum semen suum gratiæ, qui iam lætabatur in messe gloriæ. Beata autem Virgo adhuc erat in hicie huius vitæ, & nondum audierat: *Imber abiit, & recessit, flores appa-*

Luca 8.

Isaie 9.

apparuerunt in terra nostra. Et sicut labor agricolæ esset vacuus spei fructus, si viua grana seminis non spargeret; ita, & Beata Virginis hil de nouo spei acquireret vltorius fructus beatitudinis, si non spargeret viuida semina meritorum, quæ viua sunt per augmentum gratiæ, quæ est radix vitæ æternæ. Opera enim antecedentia iam habebant similiter per gratiæ in horreo coeli magnam repositam gloriam. Si igitur laborabat pro augmentatione gloriæ, merebatur augmentationum gratiæ.

27 Sed dices: Christus Dominus merebatur gloriam corporis, & non merebatur gratiam animæ; ergo ex eo, quod Virgo merebatur gloriam animæ, & corporis, non sequitur, quod merecetur gratiam animæ.

Respondeatur, concedendo antecedens, & negatur consequentia; quia Christus Dominus merebatur gloriam corporis tantummodo, & non gloriam animæ, vnde non poterat mereri gratiam animæ, quia gratia Christi Dominie erat in termino comprehensionis, vnde non poterat augeri; & exinde, neque poterat mereri gloriam animæ, quia erat in termino beatitudinis animæ, ut dictum est supposito tertio. In Virgine autem non erat gratia comprehensoris, sed viatoris, vnde merebatur gloriam animæ,

mæ, quæ nch meretur sine merito gratiæ. Vnde non valetratio.

28 Sed dices: Sicut à gratia animæ resultat gloria ipsius animæ, ita à gloria animæ resultat gloria corporis ipsius, sed Christus Dominus merebatur gloriam corporis, etiam si non mereretur gloriā animæ; ergo Beata Virgo poterat mereri gloriam animæ, & corporis, etiam si non mereretur gratiam animæ.

Respondeatur, quod gloria animæ, impossibile est, quod mereatur sine merito augmenti gratiæ. Quando enim homo meretur gloriā, iam est in gratia, ut dictum est supposito sexto: & ita auget gratiam, ut dictum est supposito primo.

Item, cum homo meretur gloriam animæ, est absolutè viator, & nullatenus comprehensor. Vnde Christus Dominus, quia erat simul comprehensor, non potuit mereri gloriam animæ, quæ est propria comprehensoris indispensabiliter. Sed gloria corporis potest mereri sine merito augmenti gratiæ ex dispensatione, cū possit illam mereri, qui similest comprehensor, ut accidit in Christo Domino: quia ut inquit D. Thomas: Redundantia gloria ex anima ad corpus est ex Diuina ordinatione secundum congruentiam humanorum actuum, seu meri-

meritorum, ut scilicet, sicut homo meretur per actionem anime, quam exercet incorpore; ita etiam remuneretur per gloriam animae redundantem ad corporis. Et propter hoc non solum gloria animae sed etiam gloria corporis adit sub meritum. Et ita oportuit cadere sub meritum Christi.

¶ 29. Probatur tertio ratione de sumpta ex supposito 1. Gracia est forma iustificationis, secundum fidem; ergo ad hoc, ut augeatur iustificatio necessaria est, ut augeatur gratia. Sed iustificatio augetur per bona opera ergo Beata Virgo recipiebat augmentum gratiae suis bonis operibus. Primum antecedens est de fide, licet enimante Tridentinum esset sublite, post Tridentinum est deside: Homines iustificari per gratiam habitualem infusam. Consequentia patet evidenter, concesso antecedenti, quia sicut non potest aliquis crescere in esse calidi, nisi augeatur forma caloris in subiecto, sic similiiter si iustificatio est per gratiam, non poterit augeri iustificatio, nisi augeatur gratia. Minor sub sumpta est similiter deside, scilicet; *Iustificatio augetur per bona opera*. Audi Concilium: *Si quis dixerit, iustitiam acceptam non augeri per bona opera, anathema sit*. Ergo, vel dicendum est, Beatam Virginem non habuisse bona opera per totam vitam, vel concedendum

Trid. Jeff. 6. canon. 24

et illi augmentum gratiae toto tempore vitae.
Sed non negas fuisse in illa bona opera per totam
vitam, cum quæstio illa supponat, siquidem in
quærit. Vtrum Beata Virgo suis bonis operibus
meretur augmentum gratiae? Ergo conce-
dendum est illi.

¶ 30. Sed dices, & dixisti: Quod Christus Do-
minus faciebat opera bona, & non merebatur
augmentum gratiae; ergo, &c.

Sed ad hoc evidens est solutio. Nam respon-
detur primo, quod Christus Dominus erat cō-
prehensor, cuius non est augere gratiam per
bona opera, cum sit in termino, ut patet ex sup-
posito sexto. Beatisima autem Virgo erat via-
trix, vnde non valet responsio.

Vel secundo respôdetur, quod in hoc differt
gratia Christi à gratia Virginis, quod gratia
Christi, cum sit infinita non potest augeri, gra-
tia auctem Virginis, cum sit finita, potest auge-
ri in infinitum, ut patet ex supposito secundo.

¶ 31. Sed iterum dices, & dixisti: quod gra-
tia augetur per bona opera, quando nondum
peruenit ipsa gratia ad plenitudinem, aut con-
summationem, sed Beata Virgo iam habebat
gratiae plenitudinem, & sic per bona opera non
recipiebat augmentum gratiae. Et sic, licet Bea-
ta Virgo non peruenisset ad terminum beati-
tudinis,

cudimis petuenerat ad terminum plenitudinis.
Sed respondetur. Nonne vides, quod non
datur in hac vita terminus augmenti gratiae,
ut pater ex supposito secundo? Vbi postquam
D. Thomas , hoc probauit manifesta ratione
concludit: *Unde relinquitur, quod charitatis
augmento, terminus non praesigatur in hac vita.*

321 Quarto probatur conclusio ratione de-
sumpta ex supposito tertio, quia nobilis habe-
tur, id, quod habetur per meritum, quā id, quod
habetur sine merito; ergo si attendatur ad dig-
nitatē Virginis, concedendum est illi , quod
meruerit gratiam , & augmentum illius toto
tempore vitæ. Patet consequentia, quia si nobi-
lius est mereri in hac vita, nobilis erit mereri
toto tempore vitæ; & ex inde diximus loco ci-
tato, Christum Dominum meruisse toto tem-
pore vitæ, & nullus Theologorum iniūctus est,
qui ausus fuerit asserere contrarium. Ex quo pa-
tet, quod auferre à Beata Virginem meritum sub
prætextu magnæ excellentiæ non est ad rem.
Cum enim non deroget dignitati Christi Do-
mini , sed potius conducat ad eius excellentiā;
non est cur ob dignitatem Virginis illi meri-
tum denegetur. Et si ad excellentiam pertine-
ret, non mereri, non esset ei attribuenda maior
excellētia, quam Christo. Ergo si Christus, sibi

¶

meruit tuto tempore vitae, similiter, & B. Virgo:
nō potuit Confirmatur. Nam ratio, quare gra-
tia Christi, non potuit augeri est, quia licet sit
qualitas finita in genere entis, in genere gratiae

D. Thomas 3. p. 4. 7.
A. 11. q. 12.

est infinita, ut docent Theologici, cum D. Tho-
ma. Sed gratia Virginis, neque in genere entis,
neque in genere gratiae est infinita; alioquin es-
set equalis gratiae Christi; ergo licet Christus
non metatur suis bonis operibus augmentum
gratiae; Beatissima Virgo habebat pro merito
augmentum illius.

De. 34. III Quinto probatur. Omnes conditio-
nes ad meritendum requiri a Theologis, & re-
latae supposito sexto, fuerunt in Beatissima Vir-
gine totore tempore vitae, ut patet discurrendo
per singulas habuit enim bona opera ex subiec-
tione, & hoc, & circumstantijs, habuit, & liberta-
tē, & statum viatoris, & gratiam, & cum illa
proportionem ad augmentum gratiae, habuit,
& pactum ex parte Dei de retribuendo, quo
enim fundamento dicetur, haec omnia aut ali-
quod ipsorum a tempore Incarnationis Filii
defecisse? Ergo non potest illi meritum dehe-
nari. Nam ibi dictum est, sicuti omnes illæ co-
ditiones requiruntur necessario ad meritum,
ita, illis positis, necessario meritum cōsequen-
dum est. Nam sicut assumptio est causa affir-

inationis, ita negatio est causa negationis. art. 35 ad
35 *Sexto probatur conclusio authoritate Sanctorum.* Et in primis authoritate D. Thomæ, qui ponit tres gradus perfectionis in Beatisima Virgine, & tres status illius: primum in sui conceptione, secundum in Filij Incarnatione: tertium in sui Assumptione. Et statim inquit: *Quod autem secunda perfectio sit potior, quam prima, & tertia, quam secunda patet,* &c. Et nota, quod de tempore ab Incarnatione Filij, usque ad mortē Virginis, loquitur eodem modo, ac de tempore à Conceptione Virginis, usque ad Conceptionem Filij. Sentit ergo, quod sicut à sua Conceptione, usque ad Conceptionem Filij continuo meruit; ita similiter à Conceptione Filij, usque ad Assumptionem. Et hoc specialius notabis. Contrarij enim hum articulum D. Thomæ adduccunt pro se.

36 Deinde probatur authoritate Ruperti, quatenus dicit quod in prima sui Sanctificatione fuit, ut Aurora, in filij conceptione, ut luna, & in morte, ut sol. Et sub hac ipsa methaphora explicat optimè eadē doctrinā D. Bonaventura.

37 Septimo probatur conclusio authoritate Theologorum. In primis Durandus, qui docuit, quod licet Beata Virgo post Filij Conceptionem non potuerit peccare; potuisse ta-

*D. Thom. 3. p. q. 35.
art. 5.*

Rup. in sentic.

*Bonavent. in speculo
Marie, c. 9. q. 11.*

*Durand. in 3. sententia
dist. 3. quæst. 4.*

*Gabriel ibidem, q. 2.
art. 3 dub. 1.*

*Suarez in 3. p. q. 37.
disp. 18. scđ. 2.*

*Euseb. Nieremberg. l.
de amore Mariae, c. 18
vide Suarez citat
scđ. 4.*

menimeret, quia erat pure viatrix. Idem sentit Gabriel: inde enim probat Virginem habuisse libertatem ad actus preceptos, etiam post salutem conceptionem; quia alias non potuisset mereri, nec de facto meruisse et eliciendo actum bonum, quod reputatione omnino falso.

38 Eandem denique sententiam, inquit Suarez, ceteri Theologii in 3. sententiar. dist. 3. supponere videntur, ut certam, & Patres ubique disputatione obsequijs Beatae Virginis in Christum, & de doloribus, ac cruciati- bus, quos in eius nece substituit.

39 Et audias doctissimum Patrem Eusebium Nieremberg, qui lib. de affectu, & amore erga Beatissimam Virginem lingua Hispana, sic inquit: Supongo lo que diz en grauissimos Teologos, fundados en razon, y piedad, y en los Santos, que la Virgen con cada acto que denueuo hazia, doblaua la gracia que tenia; porque si este doblar la gracia se concede a los Angeles en el primer instante, por que no se auia de conceder siempre a la Reyna de ellos, que jamas puso impedimento a Dios; sino que obró todo lo que pudo obrar, conforme a la gracia que poseia, y mocion del Espiritu-Santo? Testos actos de la Virgen fueron tan continuos, que aun durmiendo no cessaua de merecer: supuesto esto,

se

se halla por buena, y rigurosa cuenta, que aunque en su concepcion no la huiessen sanctificada, si no con un grado de gracia, ella se dio tanto priesa a multiplicarla, que passados dos dias en solo las dos horas primeras, aunque no hiziessemas actos meritorios, que cada quarto de hora, el suyo merecia mas gracia, que toda la muchedumbre de los predestinados, aunque fueront tantos, quantos son los granos de arena que pueden caber en toda la redondez, del mundo, desde el centro de la tierra, hasta el Cielo estrellado, lleno este inmenso vacio por todas partes: y esto aunque tuviesser cada uno de este numero innumerables de predestinados diez millones de grados de gracia, pues si en dos horas, empezando con solo un grado de gracia, excedio tanto, que sera por sesenta y dos años de vida, y empezando con tanto caudal de gracia, que ni el mayor Serafin, ni Santo, acabò cõ tanta gracia como fue con la q' la Virgen empeço.

el 40 Octquo probatur cõclusio authoritate DD. qui non solum in hoc sentiunt, sed & male sentiunt de sententia contraria.

Vega sic inquit: *Quis enim neget, ipsam sanctitatem, & gratiam Deo fuisse, postquam filium Dei concepit, peperit, & nutrit, & pro nobis patienter tulit in cruce mori? Si fieri potest, ut gratior sit aliquis apud Deum uno tempore,*

*Vegal. 10. in Trident.
cap. 2.*

33

pore, quam alio, nescio quemadmodum possit
quis credere, tam parui apud Deum fuisse tan-
ta illa, ac praeexcellenta obsequia, ut non ea,
post ipsa, multo haberet chariore, & gratior-
rem? Nam quod quidam existimant, datum
ei esse in conceptione filij Dei totam gratiam,
quam postea meritata erat, somnium est abs-
que ullo fundamento, contra legem Dei effectu,
quod eadem facilitate, qua dicitur, merito est
contemnendum.

Sotus in 4. sent. dist. 5
art. 2.

41 Eodem tenore loquitur Sotus, & eisdē
fere verbis: *Quis ambigat, quin, cum merita
primum praeceperat, pertam & egregia omnium
virtutum officia, qua post Sacratissimum par-
tum accumulauit, cumulatior etiam in dies,*
& excellentior illi accresceret gratia? Fuit
quidem gratia plena ante Conceptionem filij,
quantum parerat, ut fieret Christi mater: at a-
men gratia illa non fuit eo modo summa, ut
non posset deinceps meritis augeri.

Suarez citatus.

42 Audi iterum Suarez, qui postquam de
contraria sententia dixisset: *Hac vero senten-
tia mihi probabilis non est. Subiungit: Nisi
quis singat singularem legem in Virgine, cvel
potius exceptionem à lege communi de potesta-
te merendi in statu via: Quae conficta esset, &
sine fundamento. Et in Virgine potius detri-*
men-

mentum poneret, quam utilitatem. Melius est enim cui libet viatori posse mereri, quam si ne fructu operari. Sed haec potestas concessa est omnibus viatoribus, cur ergo dicemus negata esse Virgini, eo praeferim tempore, quo perfectius operata est?

43 Quarta conclusio. Certum est secundum fidem Catholicam, quod nullus homo in hac vita mortali possit peruenire ad talis statum, quod non possit mereri, & ampliorē gratiam acquirere. Et contrarium assertere est exce-
crandus error sectæ abominabilis, & detesta-
bilis, doctrina sacrilega, & peruersa.

44 Hæc non est mea censura, sed Eccle-
siae. Audi caput iphius, audi summum Pontifi-
cem Clementem V. qui in quadam Clementi-
na sic definit: Secta quædā abominabilis quo-
rundam hominum malignorum, & quarun-
dam infidelium mulierum in Regno Alema-
niae damnabiliter insurrexit, tenens, & afferens
doctrina sua sacrilega, & peruersa, primo,
quod homo in vita praesenti, tantum, & talem
perfectionis gradū potest acquirere, quod red-
deretur penitus impeccabilis, & amplius in
gratia proficere non valebit. Et postquam alios
similes retulisset errores, concludit: Cum autem
ex debito commissi nobis officij, huiusmodi sec-

Clementin. ad negotiorū
rum de hereticis.

ram detestabilem, & prarmissos ipsius execrā-
dos errores extirpare ab Ecclesia Catholica ne-
cessario habeamus; nos sacro approbante Con-
cilio, sectam ipsam cum prmissis erroribus
damnamus, & reprobamus omnino. Inhibe-
tes districtius, ne quis ipsos de cetero teneat, ap-
probet, vel defendat.

45. Sed fortasse dices: quod hoc loquitur
de statu communi hominum, non autem de
Beatissima Virgine, cui ex speciali privilegio
aliqua sunt concessa, quibus exempta est à lege
communi, absque eo quod illi obstant genera-
les regulæ fidei, quæ videbantur loqui de om-
nibus sine exceptione. Ut videre est in locis
Scripturæ, quæ loquuntur de peccato originali,
& actuali veniali, quæ Virginis non præiudicat,
cum hæc singularissima creatura à lege com-
muni sit in pluribus absoluta; non enim opera-
tus est Deus in illa, potentia ordinaria, sed sua
potentia absolute. Audi Augustinum: *Mensu-
ra enim privilegiorum Virginis potentia Dei*
*dicitur. Hic si ratio queritur, non erit mirabi-
le, si exemplum positum non erit singulare. De-
mus, Deum aliquid posse, quod nos fateamur,
inuestigare non posse in talibus rebus totara-
io facti, est omnipotentia facientis.*

46. Sed in primis respondetur, quod hoc
non

*August. Epist. 3, ad Vo-
lifianum.*

non esset priuilegium, sed præiudicium, & magis damnum pararet, quā utilitatem afferret: cum melius sit viatori mereri, quam sine fructu operari. Ut dictum est. Sed ut hæc fortius præcludatur euassio. Sit.

47 Quinta conclusio. Nec de potentia Dei absolute potest fieri, ut homo in hac vita habeat talem gratiam, quod non possit habere augmentum, & recipere maiorem gratiam.

48 Primo probatur. Potentia Dei non se extendit ad impossibilia, & in intelligibilia: Sed impossibile, & in intelligibile est, quod gratia in hac vita non possit augeri; ergo impossibile est etiam de potentia absoluta, quod gratia Virginis non posset augeri. Antecedens est manifestum; quia potentia Dei est respectu possibilium. Et probatur minor. Quia natura gratiæ huius vitæ est de se augmentabilis, & in hoc distinguitur à gratia patriæ, quæ non potest augeri: Sed Deus non potest immutare essentias rerum; sicuti non potest facere, quod homo non sit rationalis; ergo non potest fieri, quod gratia in hac vita non possit augeri.

49 Secundo probatur, & declaratur ulterius. Impossibile, & in intelligibile est, quod motus, qui nondum peruenit ad terminū, non possit de se ultra progredi: *Terminus autem motus*

motus gratia est vita aeterna; progressus autem
in hec motu est secundum augmentum Chari-
tatis, vel gratia; secundum illud Proverbia-
rum. q. In storum semita, quasi lux splendens,
procedit, & crescit, usque ad perfectam diem,
qui est dies glorie. Maior est euidens. Minor, &
consequentia, & illius probatio sunt D. Thomæ.

D. Thomas i. 2. quest.
art. 4. art. 8.

50. Tertio probatur. Quæcunque gratia
creata debet esse finita, & in certo gradu: sed vlti-
tra illum gradum potest fieri gratia maior; er-
go impossible est, quod detur gratia, quæ non
possit augeri. Maior est manifesta; & probatur
minor; quia si intelligatur gratia in aliquo gra-
du maiori, non propter hoc intelligitur infini-
ta; quia non potest intelligi, nec dari creatura
actu infinita; ergo non repugnat animæ vlti-
rior gradus. Probatur consequentia. Qui gra-
dus finitus non repugnat creaturæ finitæ, dum
sit proportionata capacitas. Ista autem vltterior
capacitas datur cum ipsa gratia; si quidem capa-
citas creaturæ rationalis per charitatem aug-
etur, & ideo adhuc manet vltterior habilitas ad
maius augmentum. Ut ex D. Thoma probatū
est supposito secundo.

51. Quarto probatur ratione de sumpta
ex D. Thoma, & ex Scoto. Gratia creata est par-
ticipatio charitatis infinitæ; ergo necesse est, ut
pos-

D. Thomas i. 2. 2. q. 24
art. 7. Scotus. 3. sent.
diff. 13 quest. 1.

possit augeri in infinitum. Antecedens patet. Et probatur consequentia. Quia ex eo, quod sit participatio charitatis infinitæ, potest in infinitum crescere, ante quam deueniat ad charitatem, quam participat; ergo potest semper augeri. Ergo, neque de potentia absoluta potest peruenire ad terminum ultra quem non possit progredi, sicuti semper est necesse, quod remaneat infinitum, quod participetur.

52. Quinto probatur. Gratia est semen gloriæ: sed non potest, neque de potentia absoluta dari terminus gloriæ; ergo similiter neque de potentia absoluta poterit dari terminus gratiæ. Maior est de fide. Probatur minor. Quantuncunque videat beatus in Deo lumine gloriæ, potest amplius videre maiori lumine; cum nō possit Deus à creatura videri, taliter, quod non remaneat in infinitum ultra quod videatur; ergo si fructus est capax augmenti in infinitum, semen illius poterit similiter augeri in infinitū. Patet consequentia. Nō enim potest esse, quod fructus possit esse infinitus, & quod semen illius non possit esse infinitæ virtutis, etiam si sit infinitæ quantitatis. Sed quilibet gradus determinatus in gratia est quantitatis, & virtutis infinitæ; ergo semper est possibilis alius ulterioris virtutis. Ergo sicuti, qui parce seminat, parce, ergo metet,

Matth. 9. 3.
Luce 8. 5.
ad Galat. 6. 6.

metet, ita si mesis quidem multa, multa similiter semina sparget, ille, qui ex ijs seminare semet suū. Propter quod dixit Apostolus: Bonū autē facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes.

53 Sed dices: quod ex ista ratione sequitur contrarium. Quia signatio est semē gloriæ, & ex diuina prædestinatione est homo destinatus ad talem gradum gloriæ, erit similiter destinatus ad talem mensurā seminis gratiæ. Quod autem gradus gloriæ sit determinatè decretus est doctrina D. Thomæ.

Respondetur. Quod de facto, ita est, sed illa mensura seminis gratiæ, quæ est semen gloriæ, datur vnicuique; ut laboret in agro Ecclesiæ totum tempore vite, & ut aratro Crucis rumpatur corpus. Vnde, sicut totius est temporis Crucem fert, ut inquit Sammus, & Sanctus Pontifex Leo, ita totius est vita in augenda gratia, & pro augenda gloria laborare. Vnde, & labor huius seminatoris ante mortem non potest finiri. Vnde si aliquis habet paruam mensuram seminis gratiæ, vita citò finitur, & dies laboris nocte mortis claudatur, aut lente laborando parce seminat multo tempore, ut parceget metat. Nam sunt, & alij, qui ita laborant fecunditer, ut ille, qui consumatus in brevi expli-

D.Thom. 1. p. q. 63.

art. 9.

S. Leo, firm. 11. de pas-

fione Dñi.

Sapientia 4. 5.

*uit tempora multa. Aut sicut illi nouissimi, qui
in vinea Domini una hora fecerunt, & panes
facti sunt illis, qui portauerunt pondus diei,
& astus.*

54 Vnde etiam si velis persistere in sententia illorum, qui contra D. Thomam tenent, quod charitas non possit intendi in infinitum, etiam respectu diuinæ potentiae, sed quod habeat terminum, ultra quem non possit intendi; esto, quod illorum opinio probabilis sit, non infringit vires nostras. Nam iste terminus gratie, & charitatis non potest assignari in hac vita, secundum fidem catholicam, nec de potentia absoluta, ut dictum est. Vnde sit.

*Hanc opinionem attri-
buit Bañez, Caietano,
22. quæst. 24. art. 7.
sub 3. & est expresse
illis.*

55 Sexta conclusio, Beatissima Virgo Maria toto tempore vitæ, sine intermissione meruit.

56 Hæc conclusio non est ita certa, sicut superius dicta, & dupliciter potest intelligi, vel de tempore, quo vigilabat, & sic est ferè certissima, vel de tempore breuissimo, quo dormiebat, & sic est pia, & probabilis. Et de tempore, quo vigilabat, illam docuit Bernardinus de Bufo. Dum enim ageret de merito Beatæ Virginis, dixit: *Profecto non est dubitandum, quod a primo instanti usus liberi arbitrij, usque ad suum felicissimum transitum, semper fuit im-*

*Bis. folio 4. p. serm. 10.
55.*

actus

actu merendi. Et subiungit sequentes probations.

57. Et probatur. Quoniam, si aliquando, vel in minimo spatio fuisset otiosa à bono ope-
re, saltem peccasset venialiter; cuius oppositum
tenent omnes Doctores in 3. dist. 3.

58. Item. Ubicunque non potest in discer-
nendo ratio errare, & voluntas nunquam
potest eligere malum, ibi semper eligit bonum,
& optimum. Sed utrumque horum fuit in
Beata Virgine, ut patet ex dictis supra; ergo
ipsa semper elegit bonum, & optimum. Iuxta
illud luce 10. Maria optimam partem elegit.

59. Item. Secundum Philosophum in lib.
de anima: Intellexus semper est rectus, nisi
quando se immiscit phantasticis, & deducitur
ab illis; sed intellectus Beata Virginis nunqua
se immiscuit phantasticis, ergo semper rectus
fuit. Sed rectum dicitur, cuius medium non
exiit ab extremis. Quinto Phisicorum. Ergo
semper directus fuit in summum bonum, &
consequenter semper merebatur.

60. Item. Quolibet motu mereri, est quod-
dam bonum. Aut ergo est communicabile, aut
non. Si est communicabile, ergo summe bonus
Deus communicavit illud alicui. Ergo Bea-
tissima sua Matri. Si autem dicatur, quod
non

non est communicabile, non videtur verum.
Quia idem de omni opere contingere dicere.
Concludit ergo sic Albertus : Dicimus ergo,
 quod Beatissima Virgo quolibet motu liberi
 arbitrio ad agendum, vel patiendum mereba-
 tur. Et idem Albertus Magnus dicit: No-
 num priuilegium Virginis fuisse, quod quoli-
 bet tempore meruit. Quod dictum refert, & ap-
 probat Sanctus Antoninus.

Albert. T. de B. Vir-
 gine, cap. 176. 177.
 & 197.

Antonin. 4. p. sit. 152
 cap. 2. §. 6.

S. Bernardin. serm. 51
 Opserm. 4. art. 1. in 3.
 opere sermon. tract. de
 B. Virgine.

Ieremie 1:1

Cantic. 1:1

Rupert. 1:5. in Cantic.

61 De tempore autem, quo dormiebat,
 docuit nostram conclusionem Sanctus Be-
 dinus Senensis; qui ex sua, & aliorum senten-
 tia, docuit, non fuisse somno impeditam, quo
 minus libere in Deum conuerti posset; & affert
 conjecturam, quia hoc priuilegium aliquibus
 Sanctis concessum est, & acommodat illud Ie-
 remiae: *Virgam vigilantem ego video.* Et alibi
 dicit, quod etiam, cum dormiebat, erat Beata
 Virgo in altiori contemplatione, quam fuerit
 aliquis aliis, dum vigilaret. Vnde illi attribuit
 verba illa Cantorum: *Ego dormio, & cor-
 meum vigilat.* Quae eleganter de Virgine ex-
 ponit Rupertus dices: *Multarum animarum
 fuit, & est, non solum secundum similitudi-
 nem otio sancto dormire, id est, a terrenis curis
 vacare, & in calestibus, per contemplationem
 corde vigilare;* verum etiam eodem modo, quo

L

&

15
¶ Jacob dormiuit, secundum corpus dormire,
¶ secundum animam caelestia videre. Sed tu
o Calum Dei, unica sedes Domini, in utroque
vigilandi modo cunctis mortalibus longe emi-
nentior extitisti, longe studiosior ad contem-
plandum eum, in quem desiderant Angeli pro-
picere, atque aptior fuisti.

62 Idem sentire videtur Sanctus Ambro-
sius, dum dixit: Cum quiesceret corpus, vigila-
ret animus, qui frequenter in somnijs, aut lecta-
repetit, &c. Eandem sententiam tenent Ber-
nardinus de Busto, Petrus Canisius, Dionysius
Richelius.

63 Et nota in styllo antiquorum, quod
probant meritum per exercitium boni operis,
scilicet, contemplationis. Non enim illis venit
in mentem, quod Beatissima Virgo posset be-
ne operari, & non mereri. Et similiter nota,
quod antiqui Sancti, & Doctores inquirebant
priuilegia, ut Virgo Gloriosa meretur, etiam
dormiendo, & nostri Theologi inquirunt pri-
uilegia, ut non mereatur, etiam vigilando. Tu
iudicabis, quis melius inquirat, & quis certius
inueniat. Quomodo autem possibile sit, ut quis
in somno mereatur, non est praesentis instituti
tractare.

64 Septima conclusio, Beatissima Virgo,
non

Ambrosius, l. 2. de Vir-
gin. Busto in Marial.
3. part. ferm. 1. part. 3

Canisius l. 4. cap. 13.
Richel. in ex Verba, cā
sic. art. 18.

non solum meruit, sed statim recepit augmentum gratiae toto tempore vitae.

65. Hæc conclusio manifesta est ex iam dictis. Si enim potuit mereri, & meruit aug. nē tum gratiae; cur non obtineret statim? Non enim est aliud impedimentum, vt detur statim gratia, quę meretur, nisi operatio tepida, & nō maioris intensionis, & fervere Charitatis, vt docent aliqui Theologi cum Sancto Thoma. Sed Beatissima Virgo semper operata est omni intensione, & fervere possibili charitati præ existenti, ergo statim recipiebat augmentum gratiae. Probatur minor. Quia in Beata Virgine nihil erat, quod eam retardaret in perfectione operationis; habebat enim fomitem extinctum, & carebat omni de ordinatione potentiarum; ergo sicut Sancti Angeli omnino cooperati sunt diuinæ gratiae propter hanc causam, ita similiter Beata Virgo. Et circa hoc non videatur amplius immorandum, cum res videatur aperta.

66. Octaua conclusio. Beatissima Virgo meruit, & recepit augmentum gratiae, etiam ex opere operato, scilicet, ex receptione, & vsu Sacramentorum.

67. Probatur primo. Certum est, secundum fidem; Sacraenta conferre gratiam non

D.Thom. I. 2. q. 114
art. 8.

ponerib⁹ obicem; sed nulla potest assignari
ratio, quare Beata Virgo ponet obicem tali
gratiæ; ergo recipiebat illam. Probatur mi-
nor. Nam contrarij solum assignant pro ra-
tione, quod habebat plenitudinem gratiæ; sed
ista plenitudo non obstat augmento illius in
hac vita, ut iam probatum est ergo, &c.

68 Secundò probatur; quia alias reciperet
Sacra menta informia, quod est inconueniens
incredibile. Quomodo enim credibile est,
quod Beatissima Virgo reciperet Sacra men-
ta, tanquam signa vacua, aut imagines appa-
rentes gratiæ, & sanctificationis? Et quod, si-
cū ritus antiquæ legis significabant gratiam
futurā, & gratia vacui erant, siquidem *omnia*
in figura contingebant illis. Sic Sacra menta in
Virgine significarent gratiæ collationem pre-
teritam, & signa tantummodo vacua essent,
& nihil omnino haberent eorum, quæ signifi-
cabant? Reuoca in memoriam, quod Sacramē-
ta operantur quod significant. Et memorare,
quod simile quid dixisse videntur lutherani de
omnibus bonis operibus iustorum, signa, scilicet,
esse tantummodo gratiæ, & iustificatio-
nis iam collate ex virtute meritorum Christi,
non ipsius gratiæ augendæ causam. Ut ex Cō-
cilio Tridentino in supposito primo dictū est.

Sed

69 Sed dices, & dixisti: quod Christus Dominus in ultima Cæna, quando instituit Sacramentum Eucharistiae recepit se ipsum in Sacramento, & tamen gratiam non recepit. Eodem igitur modo Beatissima Virgo non recipiebat gratiam cum Sacramento. Sicut igitur, non fuit in conueniens Christum recipere Sacramenta sine gratia; ita similiter in conueniens non fuit, recipere Beatissimam Virginem Sacramenta sine gratia.

70 Sed nonnè vides clarissimam disparitatem? Sacra menta enim sunt instrumenta, ut à capite Ecclesiæ, quod est Christus, communicetur gratia mystico corpori eius, quod est Ecclesia. Itaque Sacra menta non habent virtutē, ut influant gratiam in caput, sed in corpus, sunt enim signa effectiva rei sacræ sanctificatis nos. Itaque à plenitudine Christi recipimus gratiā, interueniente virtute Sacramentorum. Itaque non sunt instrumenta, ut gratiam Christo cōmunicent, sed vs à Christo hauriant gratiam hominibus. Ac propter eā respectu Christi Dominus non sunt instrumenta gratiæ ad recipiendum illam, sed respectu hominum. Vnde Christus Dominus, & si recepit se ipsum sub speciebus panis, & viini, non recepī augmentum gratiae, sed spiritualem quandam lætitiam, & suauitatem.

D.Thom. 3. p. q. 81.
art. 1. ad 3. & art. 2.
& 3.

uicatem Audi D.Thomam: Effectus huiss sacramentum non est solum augmentum habitus ualoris gratiae sed etiam quadam actualis delectatio dulcedinis spiritualis. Quamuis autem Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione huiss Sacramenti, habuit tamen quadam spiritalem delectationem. Et ideo spiritualiter manducavit, & similiter sacramentaliter. Aliter tamen quam ceteri, qui augmentum gratiae suspiciunt sub sacramentalibus signis, quibus indigent. Cum enim per fidem ambulemus, & non per speciem gloriae, speciebus sacramentalibus indigemus, dum non sumus beati. Et Beata Virgo similiter ambulabat per fidem de illa dixit Elisabet: Beata, qua credisti.

Luce, cap. 1.

D.Thom. citatus:

71 Vел secundo respondetur, & breuius cum D.Thoma, quod Christus recepit se ipsum sacramentaliter: Si ly sacramentaliter determinet verbum ex parte manducati, non autem ex parte manducantis, quia non utitur eo, quod accipit, ut Sacramento, sed ut simplici cibo.

72 Vel tertio respondetur. Quod recepit Sacramentum ad tribuendum exemplum, ut nos recipiamus. Vnde recepit Eucharistiam, tanquam si medicus reciperet potionem contra venenum, ut alliciat infirmum, quem vipe-

ra momordit, ut sumat sibi medicamentum
theriacam, ne moriatur. Vnde solum restat
examinare.

§. V N I C V S.

Vtrum Beatissima Virgo receperit Sacramenta, & quot Sacramenta receperit?

DE Baptismo, necesse videtur afferendum, & omnes Theologi docēt. Quia Christus praeceptum de Baptismo Virginem obligabat: cum non solum ad delendum peccatum institutum sit, sed etiam ut mystica membra Ecclesiae charactere Christi signaret, & ut ianua ad Ecclesiam, ut a Christo institutam, & ut capaces ficeret recipiendi reliqua Sacramenta. Baptismus enim est ianua omnium Sacramentorum. Quae omnia sunt communissima inter Theologos. Et audi Euthymium: Scribunt qui iam A postolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum, & Virginem matrem baptizauerit, Petrus vero reliquos Apostolos.

Item.

*Albertus Magn. super Missus eis, cap. 72.
Dionisius Riebel. libr. 3. de laudib. Virginis, art. 18.*

*Sauarez in 3. p. q. 37.
disp. 18; sect. 3.
Fr. Joseph. à Iesu Maria,
libr. 2. vita Virg.
cap. 130.*

*Eutbim. in capit. 3:
Ioanne.*

Item probatur. Recipere Sacramentum Baptismi nullam dicit indecentiam in Virgine, cu & Christus Dominus suscepit Baptismum à Ioanne Baptista ad nostrum exemplum.

74 De Sacramento Confirmationis incertis sumus. Vtrum illud realiter receperit. Licet enim in die Pentecostes receperit in signo visibili unctionem gratiæ inuisibilem, & robur inuincibile ad fiduci confessionem; hoc tamen non est recipere Sacramentum Confirmationis, sed quid æquivalens. Sicut enim, qui baptizatur Baptismo sanguinis, aut fluminis, licet recipiat gratiam, non recipit Sacramentum Baptismi fluminis, neque fructum gratiæ illius, sed quid æquivalens pro voto Sacramenti, ita similiter accidit in die Pentecostes: vbi pro gratia Sacramentali, alia data est, quæ vices illius suppleret. Nō enim potest dari gratia Sacramentalis sine Sacramento. Ut iam supra ostensum est,

75 De Sacramento Eucharistiae, pro certo videtur tenendum, illud primò recepisse in nocte Cenæ, quādo institutum fuit: Cum Beataissima Virgo esset in eadem domo cum Christo Domino, & sub eodem tecto. Cū hoc exigeret præceptū legis obligans, vt: *Tollat unusquisque agnum per familias, & domos suas.*

At ad familiam Christi non solum pertinebat Apostoli, sed, & Beatissima Virgo, vt mater familiæ ergo in Iesu agni interfuit, vt senserunt Archiepiscopus Paleotus, Christophorus à Castro, Barradas, & Shrlogius. Ergo, cum præsens adesset, postquam Christus Sacram Eucharistiam sumpsit, eam illidebit, vt sentit noster Sylueira. In reliquo autem vitæ processu pro certosimiliter tenendum videtur, Sacram Eucharistiam frequenter receperisse, cum propter Mariam instituta sit: vt scilicet post Christi passionem moras suæ beatitudinis hac æscæ confirmata facilius posset sustinere. Ut dicebat Archiepiscopus Salazar: & si pro sola Beatissima Virgine instituta fuit Eucharistia principalius, quam pro reliquis omnibus collectiuè, vt probat ex multis fundamentis noster Sylueira; quomodo credibile est, eam non recépisse quotidie, quando omnes fideles quotidiè communicabant, vt constat ex actibus Apostolorum.

Item probatur; quia Sacra Eucharistia similiter est in præcepto, sicut Baptismus.

Quod autem in mortis articulo communicaerit, videbis infra, cum egerimus de extremaunctione, quam eodem tempore recepit.

76. Sacramentum Pœnitentiæ nullatus Virgo recepit. Quia illius non erat capax

Paleotus l. de passion.
corda 7. cap. 7. 11.

Castro l. biflor. De ipsa
re, cap. 16.
Barradas, tom. 4. in
euangelio, l. 1. c. 17.

Shrlog. tom. 3. in Can-
tic. inuestigat. 37. nu-
mer. 20.

Sylueira, lib. 7. in euæ
gelio, cap. 7. quest. 26
Salazar in Proberba
cap. 9. num. 4.
Sylueira, lib. 5. in euæ
gel. cap. 35. quest. 19

*Albert. in Mariali,
cap. 81.*

76 ex defectu matetiæ, scilicet peccati. Licet enim aliqui in gratia iam constituti recipiant hoc Sacramentum, & gratiam culpe remissuam, licet non actualiter remittentem; tamen necesse est, ut fierint aliquid peccatores. Alias enim non erunt capaces confessionis peccati, & confessio ista est pars essentialis Pænitentiae. Vnde licet Albertus suo tempore magnus, dicat: Beata Virginem recepisse hoc Sacramentum, quatenus asserit, quod recepit omnia Sacra menta præter Ordinem; hoc dictum, vel correptione, vel aliqua pia interpretatione indiget. Debet enim excipere Penitentiam, & Matrimonium.

77. Sacramentum Matrimonij notoriū est, quod Beatissima Virgo non recepit; quamvis enim fuerit Beato Ioseph vero Matrimonio Virginalem coniuncta, tunc tamen non erat Sacramentum Matrimonij institutum. Et ita evidens est, quod non potuerit recipere; cum ante quam a Christo institueretur, iam Ioseph vita defunctus fuerat, & Virgo ulterius nullatenus nupsit.

78. Vtrum autem repererit Sacramentum Extremæunctionis, adhuc sub lite est. Capreolus enim, & Gabriei, & Victoria existimant, Virginem nullatenus recepisse hoc Sacramen tum;

*Capreol. in 4. diff. 23.
quaest. 3. art. 2.*

*Suppl. mētū Gabriel.
quaest. 1. dub. 3.*

Victoria. in summ. np.

tum: quia erat illius incapax, sicut, & Pænitentia. Quoniam institutum est pro illis, qui actualiter peccauerunt, ut constat ex forma illius: *Remittat tibi Deus quidquid peccasti, &c.* Sic enim, quia hoc Sacramentum institutum est pro infirmis, non potest ministrari sanis; ita similiter, quia institutum est ad delendum peccata, non poterit ministrari ijs, qui non peccaverunt.

Item: Beata Virgo non est mortua ex infirmitate, sed ex virtute. Non enim languorem corporis passa est, sed a more languebat, cuius exēstu, & flamis, melius, quam Magnus Elias ad superos euecta est. Et præterea huius Sacramenti non inuenitur aliquod præceptum, sed tantum Consilium.

79 Sed alij ē contradicunt: huius Sacramenti fuisse capacem. Ac proindē, illud suscepisse. Vnētio enim extrema, non solum pro reliquijs peccatorum abstergendi institutum est, sed, & proungendis ad luctam. Itaque dabit gratiam confortantē ad pugnā, aut quæ de se sit confortatiua.

Et præterea, licet forma faciat mentionem de remissione peccatorū, videtur in sensu conditionali explicata ab Apostolo Iacobo præcipuo huius Sacramenti promulgatore. Dixit

Mz enim:

Iacob. 5.15.

enim: *Ei si in peccatis sit, remittentur ei.*

*Albertus in Mariol.
cap. 72. Q. 74.*

*Antonin. 3. p. 111. 14.
cap. 8. q. 3.*

*Siluestr. in rosa aur.
tract. 3. de questionib.
impertinentibus, casu
q. 3.*

*Busto 4. part. secund. 11
part. 3.*

*Canissius 1. de B. Ma
ria, cap. 9.*

Et propterea hanc sententiam tenuit Albertus Magnus, & illum refert Sanctus Antonius, dicens: *Ponit Albertus, quod B. Virgo in morte se fecerit in vngi, sicut etiam comunicauit.* Et hoc, non quia inaigeret, cum nullum peccatum, etiam veniale, nec reliqua peccati essent in ea. Sed, ut præberet fidelibus in omnibus exemplum humilitatis, & vita Christiana. Et eandem sententiam tuentur Siluester, Bernardinus de Busto, & Canissius.

80. De Sacramento Ordinis, iam ex dictis manifestum est, quid sit dicendum. Fæmina enim iure diuino est in capax huius Sacramenti, sed quid equiualeat illi concessum est. Incarnatio enim Verbi, quæ suo Verbo fiat, operata est, æquiualeat consecrationi Eucharistie, aut consecratio Incarnationi assimilatur. Et peccatorum remissio, licet non sicut Minister Sacrae operis Pœnitentiae, tanquam Imperatrix semper operatur, quæ sunt duo munia principia Ordinis Sacerdotalis.

Ethæc dicta pro ista secunda parte sufficiat. Vnde ad tertiam partem huius quæstionis iam progrediendum est.

III. PARS QVÆSTIONIS.

Contrariæ sententiæ argumen-
ta proponuntur, & dis-
solvuntur.

81. **T**Heologi, qui contrariū nostris conclu-
 sionibus, his diebus senserūt, adducūt
 pro se aliquos, & licet pauci sint allegati, debe-
 bant esse pauciores. Nam vix aliquem reperies,
 qui sufficienti fundamento possit ad hoc cita-
 ri. Similiter adducunt pro se aliqua dicta, & au-
 thoritates Sanctorum Patrum. Sed in his, ut ve-
 rum fateat, nec unicum verbum ad intentum
 potest cum sufficienti fundamento adducci. Et
 similiter conati sunt suam sententiam stabilire
 argumentis, & rationibus, sed absque funda-
 mento solidæ probationis. Sed pergamus.

82. Et in primis adducunt pro se testimoni-
 um Angeli Gabrielis, qui eum missus esset à
 Deo ad Virginem, salutauit illā dicendo: *Ave
 gratia plena. Hæc est omnis vis.* Si enim Ange-
 lis vocat gratia plenam; ergo non est possibi-
 le quod ultra possit recipere augmentum gra-
 tiae. Vas enim plenum nihil potest capere, & si
 ali-

luca 1:28

Bernard serm. 2. Assumptionis.

aliquid illi de super infundatur, statim omnino vertitur. Sic, & Beata Virgo, & si postea merebatur non sibi acquirebat, sed nobis tribuebat. Vnde dicit Bernardus: *Quis enim vacuam dixerit, quam salutat Angelus gratia plenam?* Neque hoc solum, sed adhuc quoque in eam superuenturum afferit Spiritum Sanctum. Ad quid putas, nisi etiam superimplete eam? Ad quid nisi, adueniente iam Spiritu, plena sibi, eodem superuentente, nobis quoque super plena, & super effluens fiat?

83. Respondeatur: primo, quod ex hoc, quod Beata Virgo vocetur, & fuerit gratia plena in incarnatione Verbi, non sequitur, quod postea non potuerit recipere augmentum gratiae ipsius. Nam etiam fuit gratia plena in sua Conceptione, & nihilominus deinceps recepit augmentum gratiae, usque ad Conceptionem filii, ut vos etiam dicitis. Quod autem fuerit gratia plena, cum adhuc esset in utero matris, probat D. Thomas. Et cum pro parte contraria obiecisset: *Videtur, quod Beata Virgo, per sanctificationem in utero, non obtinuerit gratia plenitudinem.* Probat sic: *Ei, quod est plenum, & perfectum, non restat aliquid addendum; quia perfectum est; cui nihil de est.* *Vi dicuntur in tertio Physicorum; sed Beata Virgo, postmo-*

D. Thomas 3. part. q.
27. art. 5.

postmodum additione gratiae suscepit, & quando Christum conceperet, & iterum quando in gloria est assumpta ergo videtur, quod non habuerit in prima sanctificatione plenitudinem gratiarum. Hoc est argumentum D. Thomae pro parte contraria, & dissoluendo illud, dissoluit simul nostram difficultatem. Sic.

84. *Dicendum, quod in Beata Virgine est triplex perfectio gratiae. Prima quidem, quasi dispositiva. Secunda autem perfectio gratiae fuit in Beata Virgine ex praesentia filij in eius vtero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria. Quod autem secunda perfectio sit potior, quam prima, & tercia, quam secunda, patet. Nam primo in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonum. In conceptione autem filij Dei, consummata est eius gratia confirmans eam in bono. In sui vero glorificatione consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.*

85. Ecce secundum mentem D. Thomae non est idem esse plenum gratia, & non posse crescere in illa. Nam sunt diuersae plenitudines, & dicitur Iustus plenus gratia, secundum presentem statum, qui est in potentia, secundum futurum. Vnde dixit Sapiens: *Cum consummaverit homo, tunc incipiet.* Et est enim plenitudo sufficientiae, & iterum plenitudo abundantiæ,

D.Thomas, opusc. 60.
art. 3.

tia, & iterum plenitudo singularis Excelentie,
vt docet alibi idem D. Thomas, & si vis videre,
argumentum nullam continere vim, muta ma-
teriam, & per spicies, quod non stat forma. Na-
sicut Beata Virgo dicitur gratia plena, simili-
ter B. Stephanus dicitur: Plenus gratia. Ergo
sicut non valet, ergo Stephanus non potest cres-
cere in gratia, neque mereri; alias neque in Mar-
tyrio, quod postea passus est, neque meretur,
neque in gratia augetur; ita similiter non valet:
Beata Virgo dicitur gratia plena in Incarnatione
Verbi; ergo non potuit deinceps mereri, ne-
que in gratia crescere. Itaque Beata Virgo (di-
cit D. Thomas) dicta est plena gratia, quia
scilicet habebat gratiam sufficientem ad statum
illum, ad quem erat electa a Deo, ut esset, scilicet,
Mater unigeniti eius. Et similiter Stephanus
dicitur plenus gratia, quia habebat gratiam
sufficientem, ad hoc ut esset idoneus minister,
eg regalis Dei. Harum autem plenitudinum
una est plenior altera, secundum quod aliquis
est diuinitus ordinatus ad altiorem, vel
inferiorem statum.

Vide Suarez in 3. p.
D.Thom. q. 37. disp.
23. stat. 1.

86. Locus autem Bernardi, potius est pro
nobis. Si enim sentiret, quod in gratia crescere
non posset, non diceret, quod meretur nobis.
Non enim potest nobis mereri gratiam, nisi de
con-

D.Thomas,3.p.q.27
art.5.ad1.

congruo. Nam mereri nobis gratiam de condigno, & ex iustitia, est proprium Christi Redemptoris nostri. Secundum fidem. Audi D. Thomam : *Vnicuique à Deo datur gratia, secundum hoc, ad quod eligitur. Et quia Christus, in quantum est homo, ad hoc fuit praedestinatus, & electus, ut esset filius Dei, in virtute sanctificandi hoc fuit sibi proprium, ut haberet talem plenitudinem gratiae, quod redundaret in omnes, secundum quod dictum est Iohannis primo: de plenitudine eius nos omnes acceperimus. Sed Beata Virgo Maria tantam gratiam obtinuit plenitudinem, ut esset propinquissima Authoris gratiae: ita quod eū, qui est plenus gratiae in se recipere, & eum pariēdo, quodammodo gratiam, ad omnes deriuaret. Meritum autem de congruo est quoddam ius, non rigorosum, sed amicabile. Amicitia autem, ad Deum, non potest esse sine gratia. Qui operatur autem in gratia, meretur de condigno augmentum ipsius gratiae, ut probatum est supposito primo; ergo de primo ad ultimum; si Beata Virgo aliquid merebatur nobis de congruo, sibi prius n. merebatur augmentum gratiae de condigno.*

87 V. Vel secundo respōdetur. Quod in eiusdem verbis Bernardi stat expressè solutio. Cū

N post-

postquam dixisset illam plenā gratiā , addidit:
Vi superueniente Spiritu , super plena nobis fieret. Super plenum autem , idem est , ac cumulatum , sicut enim vas , aut mensura tritici , postquam plena est , potest recipere cumulum tritici , ita B. Virgo cumulum gratiæ , usque ad cœlum , quando ad Empyreum assumpta est .

88. Vel tertio respondeatur . Quod gratia , & charitas afferunt secum dilatationem , capacitatem , & habilitatem ad maius augmentum , ut iam pluries dictum est , & idcirco non sequitur , quod plenitudo gratiæ claudat ianuam augmento in viatore , dum mors non claudit ianuam vitæ .

89. Et ex his facile perspicias , quam absque fundamento adducant pro se authoritatem D. Thomæ , qui loco iam allegato , dixit : *In conceptione filij Dei consummata est Virginitas gratia .*

Respondeatur enim , quod si addidissent quatuor verba sequentia D. Thomæ , addidissent solutionem . Accipe integrum locum : *In Conceptione filij Dei consummata est eius gratia , confirmans eam in bono .* Esse autem confirmatum in bono , aut in gratia , non tollit meritum . Alias Apostoli , & cæteri ex speciali priuilegio in gratia confirmati , non meruissent .

Secundo

Secundo respondeatur, quod in doctrina D. Thomae, & in veritate, gratiae consummatio non est in hac vita, sed in aeterna. Audi ipsum: *Dicendum, quod quilibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiae, sicut, & gratia consummatione, quae est vita aeterna.* Unde in merito D. Thomam allegasti: In conceptione enim filij non habuit absolutē gratiae consumptionem, si quidem non peruenit ad vitam eternam.

D. Thomas, t. 2. q.
114. arb. 8. ad 3.

90 Secundū argumentum est ab auctoritate D. Hieronymi; qui cum loqueretur de plenitudine gratiae Beate Virginis, sic inquit: *Ceteris per partes prestatur, Maria simul se totam infudit gratia plenitudo.* Vbi verbum, aut aduerbium, *simul*, directe videtur intentū suadere. Si enim semper meteretur, & gratiam obtineret, non *simul*, sed de cursu, & tractutē temporis, se totam infunderet gratiae plenitudo.

D. Hieronym. serm. de
Assumptione.

91 Respondetur primo; quod *ly*, *simul*, non semper significat, quod in eodem punto, aut momēto temporis, fiat aliquid. Cum enim dixisset sapiens, quod ille, *qui viuit in aeternum creauit omnia simul.* Adhuc tamen est constās sententia, quod opera creationis durauerunt per spatiū sex dierum, & usque modo durāt, ut dixit Saluator: *Pater meus, usque modo ope-*

Ecclesiastic. 18. 1.

Ioann. 5. & 17.

ratur, & ego operor. Omnia enim, quæ nunc
in lucem prodeunt, erant, tanquam in semini-
bus, in his rebus, quæ tunc producebantur, quæ
habebant in virtute reliqua in posterum pro-
ducenda, secundum explicationem Augustini:
Sicut in grano inuisibiliter erat omnia simul,
potentia litterarumque causarum. Et sic Beata Vir-
go in gratia Matris Dei habebat omnem ple-
nitudinem gratiarum, non in seminibus, quasi
ex multis, sed in semine, qui est Christus. Et ideo
Rutil. Bécon. dixit: *Omnia enim dona Maria*
in dignitate matris, tāquā in radice cātinētur

92. Vel secundo responderet. Quod si ly.
Simul, appelle supra omnem gratiæ plenitu-
dinem, verum est. Si appelle supra simulta-
tem temporis, falsum est; neque hoc incendit
Hieronymus, alias à principio vitæ illi esset col-
lata omnis gratiæ plenitudo, aut non habuit
gratiam, vñque ad Incarnationem, ut verifice-
tur, quod *simul*, id est, in eodem instanti se to-
tam in fudit gratiæ plenitudo. Et vos dicitis,
quod crevit in gratia, vñque ad Incarnationem
Verbi.

93. Vel tertio responderet. Quod sicut
pars, quæ data est reliquis, non est data simul
tempore, sed paulatim, sicut de reliquis iustis
non negatis, quod recipienti augmentum gra-
tiæ; ita similiter Beata Virgo. Hieronymus
enim

August. in Gloss. lib. et
de Genes. ad liter. lib.
3. cap. 23.

Ad Galat. 3. 16.

Rutilius Bengonius,
lib. 4. in Magnificat.
cap. 5.

enim nō agitauit quaestione m̄ p̄f̄sentem , sed
differentiam in gratia constituit , non in tem-
pore , vel instanti , illam conferendi .

94. Vel quartò respōdetur . Quod ad hoc ,
quod daretur Virgini omnis plenitudo gratiæ ,
simul , necesse erat , dare illi simul dispositionē
ad ultra merendum . Nam aliās vacua essent
opera , & non plena merito gratiæ . Et posset
dici Virgini illud Apocalypsis : *Non inuenio*
opera tua plena coram Deo meo . Non enim op-
tabat Deus , ut Episcopus ille perueniret ad sta-
tum , in quo non possit augeri , quando qui ope-
rabatur , remanebat adhuc in statu merendi ,
licet , viatoris , qui ambulat per augmentum ge-
titæ , cum progressus in hoc motu sit secundum
augmentum charitatis , vel gratiæ , ut diximus ,
ex D. Thoma , conclusione 5 . argumento 2 .

Apocalypsi. 3. 25

95. Tertium argumentum . Quia anima
Christi sic sanctificata fuit à principio , quando
omnis plenitudo gratiæ illi collata est , & prop-
terea dicitur *plenus gratia* , taliter , quod non
possit in illa augmentum recipere ergo simili-
ter Beata Virgo , Christo simillima , debuit san-
ctificari . & aq̄ hoc significandum dicitur simili-
ter gratia plena . Quod autem dici gratia ple-
na , significat habere gratiæ tali modo , quod
non possit crescere in illa , sicut nec Christus
Dominus , cui ad mensuram non datur gratia .

probatur authoritate Eusebij Emisseni, qui explicat p̄fata verba Angeli Gabrielis, scilicet, *Ave gratia plena*, videtur in Virgine ad truerē gratiam infinitam à tempore conceptionis Filii, sic enim inquit: *Quis unquam tantam gratiam habuit, quantum Virgo Maria: alijs enim ad mensuram gratia dantur, hac autem gratia plena dicitur.*

96. Respondeatur, quod verba Sacrae Scripturæ intelligenda sunt secundum regulas sanæ Theologiae. Alias enim ex vero male intellecto, sequentur multæ falsitates: Si enim, qui adicitur Lucas: *Et Iesus proficiebat sapientiam, & ætatem, & gratiam*, venisset in mentem alicui, quod sicut crescebat ætate, sic similiter crescebat sapientiam, & gratiam: maximoperè erraret. Nā in ætate crescebat, vt homo, qui erat æternus, vt Deus, sed in sapientia, & gratia se tantummodo manifestabat, ostensionem debitam quotidie faciendo. Et ita similiter, & sic eodem tenore verborum dicatur de Christo, quod est plenus gratia, & de Beata Virgine, quod est gratia plena. Diuersimodè accipiendum est. Christus enim taliter est plenus, quod non sit possibile recipere augmentum, cum sit: *Vnigenitus à patre plenus gratia*. Beata autem Virgo habebat tantummodò plenitudinem proportion-

portionem prius ratione praesentis status, ut
in response ad primum dictum est.

97. Et similiter respondeatur ad authorita-
tem Eusebij. Si enim voluit significare, quod
Virginis collata est gratia absque mensura, hi-
perbolice loquutus est. Vnde non habet vim
argumentum, quod in verò rigore Scholasti-
co non habet fundamētum. Sed solum voluit
significare maximam Virginis gratiam, quam
perexaggerationem vocat, *absque mensura*:
Quem admodum, & Bonaventura dixit: *Grati-
am Virginis esse immensam; aut immensura-
bilem.* Ethoc solummodo voluisse Eusebium,
patet; alias nihil probaret, aut defectu memo-
riæ maximè laboraret; aut deficeret omnimo-
da notitia Scripturæ in locis nitissimis, in qui-
bus alij Sancti, pleni gratia scribuntur. Vnde
solum voluit indicare, gratiam, aut dignitatē
maternitatis. Et patet ex verbis ipsius: Si enim
voluisset adstruere gratiam in Virginem: absque
mensura absolute, non probaret ex hoc, quod
dicitur, *gratia plena*; Similiter enim Stephanus
dicitur *plenus gratia*. Et potiori titulo Aposto-
li pleni sunt, cùdicanter, *repleti Spiritu Sanc-
to*. Ex quo nullatenus potest inferti absque fi-
dei prætudicio, quod habeant gratiam absque
mensura, sicut Christus. Itaque habere gratiam
ab-

*Bonaventura. sup. in
dedicator.*

absque mensura, est proprium Christi Domini; iuxta illud Ioannis: *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum filio.* Vnde Eusebius solummodo voluit significare, gratia, aut dignitatem Maternitatis Dei, quae habet quamdam infinitatem ex termino. Et patet ex verbis sequentibus, que addidit immediate dicens: *Considera modo quanta ante eam, quanta post eam mulieres, & Virgines fuerunt, hactamen sola Mater Domini fieri meruit.*

98 Quartū argumentum ab authoritate D. Augustini sic dicentis: *Inde nouimus, tantā gratiam esse Virginis collatam, quia Deū meruit concipere, & parere.* Ergo secundum metem Augustini totum meritum fuit, usque ad conceptionem filij. Si enim ultra meruisse, non dixisset, quod tanta gratia illi collata est, quia meruit Deū cōcipere, & parere. Si enim, ut in sexta conclusione probatum est, statim ac Beata Virgo gratiam merebatur, continuo illi conferebatur, & tempore Incarnationis hoc meruit, eodem tempore illi tanta gratia collata est.

99 Respondetur, quod Augustinus non dixit, quod data sic illi gratia, qua ultra non meretur; sed quod *tanta gratia* illi data est. Sed quæcumque gratiae magnitudo non excludit me.

meritum. Imò gratias sine potestate merendi in
viate, non est *tanta*, quanta est gratia cum
potestate merendi gratiam vltiorem. Vnde
cum tanta gratia illi collata est, tanta radix me-
riti illi donata est, & tantum meritum indè
semper consecuta est.

100 Quintum argumentum ab autho-
ritate Sancti Bernardini Senensis, sic dicentis:

*Quod fæmina conciperet, & pareret Deū, est
miraculum miraculorum. Opportuit enim,
ut sic dicam, fæminam eleuare ad quandam
æqualitatem Diuinam, per quandam quasi
infinitem perfectionum, & gratiarum.*

Bernardin. serm. 61.
cap. 14.

101 Respondetur primò, quod in expre-
sa sententia Sancti Bernardini, Virgo merca-
tur semper, non solum vigilando, sed etiā dor-
miendo: ut dictum est in probatione sextæ cō-
clusionis. Et ideò non credimus, quod San-
ctus sit sibi ipsi contrarius, neque in præsen-
tio loco est verbum aliquod, quod hoc possit insi-
nuare. Sed vos iudicatis, quod mereri non est
quid sublime: sicuti ex eleuatione Virginis ad
quandam æqualitatem Diuinam, concludere
multis sensisse Bernardinum, quod Virgo non
mereretur. Nonnē sufficit Virginē eleuari ad
quandam æqualitatem Diuinam cum Deo hu-
manato? Itaque sufficit, vt sit quasi quædā di-

Q uini-

vinitas humanata. Sufficit, quod sicut filius eius, qui totum tempore vita meruit, cui hoc, quod est mereri, dignitas, & excellētia fuit, ut probatum est supposito tertio.

102. Vel secundo respondetur. Quod ex hoc, quod dicat Bernardinus, quod opportuit Virginem eleuari ad quandam infinitatem perfectionum, & gratiarum: Non sequitur, quod intendat auferre ab illa augmentum perfectionis, & gratiae. A principio enim vita quādam infinitatem perfectionum, & gratiarum habuit, quam postea infinites auxit, per quælibet momenta. Et cum incēpissent fundamenta perfectionis eius in Montibus Sanctis, id est, super omnem perfectionem Sanctorum, quæ habet quandam infinitatem; adhuc postea, ut Conceptionem Verbi pertingeret, meritorum verticem, usque ad solium Deitatis, erexit. Ut dicebat Magnus Gregorius. Et licet dicat; usque ad solium Deitatis, ab illo, usque ad Deum, non quedam, quasi infinitas perfectionum, & gratiarum, sed absolute infinitas est. Pro qua imitanda, gratia mediante, semper pergebat gloria inuentrix gratiae. Ut Sanctus dicebat Bernardus.

Gregor. Mag. sup. l. I.
Regum.

Bernard. serm. 2. af-
sumptionis.

103. Vnde in huius similitudinem, & si Seraphin, quos vidit Isaias, essent solio Deitatis,

tis, & ipsi Deo valde propinquui. Id enim significat: *Seraphim stabat super illud.* Id est, valde propè sicuti in Psalmo: *Super flumina Babylonis illic sedimus.* Verumtamen, adhuc sex alis volabant, semper tendentes, & nunquam satis peruenientes, nec in tota æternitate integrè, & perfectè appropinquantes. Sic, & Beata Virgo, licet non solum propè Thronum, sed ipsa Thronus excelsus, & eleuatus; *Et Deus homo in medio eius non consumebitur,* adhuc ad centrum diuinitatis illius pergebat, & licet gratiam apud Deum inuenisset, adhuc ambulabat, semperque sibi dictum illud Dauidicum audiebat: *Quereste faciem eius semper.* Nam vt dicebat Summus orator Ecclesiæ, & Summus Pontifex Leo: *Nemini presumendum est, quod totum, quod querit, inuenierit, ne desinat propinquare, qui cessarit accedere.*

104 Sextum argumentum desumitur ab authoritate Sancti Ioannis Damasceni, qui cù loqueretur ad Beatam Virginem, sic dicebat: *Mors enim eos perficit, Beatosque ostendit, id videlicet ipsis afferens, ut in eorum virtutum nulla mutatio cadat, minimè tamen hoc intefusurabimus, neque enim mors tibi beatitudinem attulit, neque migratio perfectionem, omnium enim bonorum initium, medium, et*

Isaias 6.

Psalm. 136.

Psalm. 45.

Lucas 1.

Psalm. 114. 4.

S. Leo ferm. 11. de Passion. Dñi.

Damascen. orat. 1. de dormit. Virg.

*finis, securitas etiam; ac vera confirmatio in
illa seminis experie conceptione possita fuit.*

105 Respondetur. Quod verba Sanctorum in sano sensu accipienda sunt, alias maxime operè errabunt. Aliquando enim videntur, sonare contra fidem, ut patet in istis, sicuti dicunt, quod mors non attullit Virgini, nec beatitudinem, nec perfectionem, quod est contra fidem. Audi iterum Clementem V. qui Clementina citata enumerat hunc errorem inter cæteros execrandoes Alemaniæ: *Item dicunt,
quod homo potest, ita finalē beatitudinem,
secundum omnem gradum perfectionis in pra-
senti assequi, sicut iam in vita obtinebit beata.* Ecce, quod si intelligas Damascenum absque aliqua pia interpretatione, sequetur error in fide.

Et præterea hoc est manifestum. Neque enim assetitis, quod Beata Virgo habebat in hac vita statum beatitudinis; cum non negetis suis fe, usque ad mortem in statu viatoris. Ergo mors illi beatitudinem attullit. Est manifestum. Sed contrarium dicit Damascenus in tuo loco.

106 Septimū argumentum ab authoritate subtilis Scoti, qui cum ageret de Baptismo, & quereret: *Vtrum Apostoli, & B. Virgo
recep-*

*Clementin. ad nostrū,
de hereticis.*

*Scotus in 4 sent. diff. 4
quasi. 6*

recepérunt Baptismum? Et cum dixisset, Apo-
tolos fuisse baptizatos addidit: *Et consimili-
ter supponendum est de Beata Virgine, nisi ipsa
sit excepta ab illa lege, & de ea fuisse ratio dis-
pensandi, quia forte habuit in Conceptione Fi-
lii sui illam plenitudinem gratiae ad quam Deus
disposuit eam pervenire.* Hæc Scotus.

107 Respondeatur Quod ut vides, dubius
loquitur. Sed facemur, quod in sua dubitatio-
ne supponit, ut possibile, quod Beata Virgo in
Conceptione Filij reciperet illam plenitudi-
nem gratiae, ad quam Deus disposuit illam per-
venire. Vnde manifestè patet, quod adducere
Scotum pro vestra sententia, sine fundamento
est: cum ipse non dicat hoc factum fuisse, sed
tantum insinuat esse possibile, & hoc dubitan-
do. Et mirum est, quod Scotus sua subtilitate,
& deuotione eximia erga Beatam Virginem,
non ausus fuerit amplius, & vos audetis ulte-
rius. Si enim ad id haberet fundamentum, asse-
reret utique, sicuti defendit ipsam Beatam Vi-
ginem absque originali peccato conceptam,
quando Parissijs in publico, contradicente illi
omni schola, & ducenta Doctorum argumen-
ta, magni ponderis, disoluit facilime. Sed hoc
de quo agimus, non ad privilegium, sed potius
ad præiudicium Virginis tendit, & ideo, for-
taffé

Anselmus.

tasse omisit, & nos omittimus.

108 Octauū argumentū à ratione de-
sumpta ab authoritate Sancti Anselmi, sic di-
cētis: *Dicit Matrem ea puritate nitere, qua*
maior sub Deo nequit intelligi. Sed mater fuit
in Incarnatione Verbi; ergo secundum men-
tem Anselmi decens fuit, vt in Incarnatione
perueniret ad talēm puritatē, & gratiam, qua
maior nequit intelligi. Si autem nequit maius
intelligi, nequit maius aliquid dari. Vnde sic
formant rationem: Quia si daretur Beata Vir-
gini, adhoc, ut esset Mater Dei tota gratię plen-
itudo, decentius esset ornata ad concipiē-
dūcēnum; ergo hoc conducit ad decentiam
Matri, & dignitatem filij.

109 Respondetur primo, concedendo pla-
nè authoritatem Anselmi: Nequit enim intel-
ligi in hac vita puritas, & gratia, quæ non sint
augmentabiles: sicuti semper remaneat gratia
vigatoris, qui ambulat per augmentum gratiæ,
ut ex D. Thoma iam repetitum est. Et si hoc nō
est contentus; alijs amplius audebit, & sine fun-
damento dicet, quod non solum debebat Bea-
ta Virgo habere gratię plenitudinem, sed etiā
magnam gloriam, ut à sinu glorioso Matri
procederet in tempore, sicut à corde gloriose
Patris est genitus filius in æternitate. Et ita au-
sus

*Corda de Maria, &
Deo Incarnato, acad.
12. seſſ. 4. num. 41.
S. Antonini. 4. part.
titul. 15.c. 17. & alij.*

fus est afferere P. Ioannes Barbianus, in assertis
Salmantinis, his verbis: *Vt primum ab Angelo
saluere iussa, & Mater Dei effecta est, inces-
santer Deum clarè vidisse, absolutè afferimus.*
Quod ego nullatenū afferro, neque , ut existi-
mo, tu audebis afferere. Quamuis non propte-
rea recedendū existimemus ab aliquibus, qui
benigna ratione moti, senserunt in conceptio-
ne filij, ad instans essentiam diuinam vidisse, cū
eius uterus beantis aula fieret.

110. Vel secundo respondeatur. Quod gra-
tia Virginis semper intelligitur finita , taliter,
quod etiam si intelligatur alia maior, non prop-
terea intelligitur infinita , sed etiam finita , &
sic in infinitū. *Et aliud sub Deo nequit in-
telligi.* Quomodo enim potest intelligi, quod
aliquis sit viator, & quod non possit ambulare?
Quod nondum peruererit ad terminum , &
quod non possit de se ultra progredi. Licet
enim aliqui intelligent , quod de potentia Dei
absoluta possit Deus cum Angelo, aut homi-
ne comprehensore inire pactum dandi illi ul-
teriorē gloriā , si tale quid faciat ; & quod
tunc esset comprehensor, secundum quod vi-
det , & quod posset mereri respectu ulterioris
gradus gloriæ promissi; & hoc est intelligibile.
Sed quod sit aliquis viator , & quod non possit

proficere, & mereri, & augmentum gratiæ recipere, certe sub Deo nequit intelligi. Itaque verba Anselmi nihil habent contra nos.

111 Nonum argumentum. Christus Dominus non potuit crescere in gratia, à sua Incarnatione; ergo nec Beata Virgo, potuit crescere in gratia, à tempore ipsius Incarnationis. Antecedens patet, & consequentia probatur. Quia ex eo Christus Dominus non potuit crescere in gratia ab Incarnatione, quia ab instanti Incarnationis habuit esse filij Dei. Sed Beata Virgo similiter in ipso instanti Incarnationis peruenit adesse Matris Dei; ergo sicut non potest Christus crescere in gratia; ita nec Beata Virgo. Patet consequentia. Quia sicut esse filium Dei, est summum, quod homo ille potuit habere, ita esse Matrem Dei, est summum ad quod pura creatura potest peruenire.

112 Respondeatur. Concedendo antecedens, & negando consequentiam. Et ad probationem similiter cōceditur, quod Christus Dominus non potuit crescere in gratia ab Incarnatione, quia à primo instāti illius, homo ille fuit filius Dei, quod petit summum gratiæ. Et propter eandem rationem non valet; ergo Beata Virgo similiter; quia licet Beata Virgo peruerterit

nérit adesse Matris Dei , quod est summa dignitas puræ creaturæ , sed non petit summum gratiæ: Nam sumnum gratiæ debetur solummodo esse filij Dei , quod est summum esse absolutè. Et sic , sicut habet inesse personæ idem titatem , habet inesse gratiæ infinitatem in actu. Quia infinitum in actu non potest dari , nisi in Deo , secundum naturam , aut secundum personam. Homo autem ille habet esse Dei secundum naturam diuinam , & est subiectum gratiæ , ut homo , qui est Deus in persona. Beata autem Virgo , & si coniunctissima Deo , non habet esse idem cum Deo , neque secundum naturā , neque secundum personam. Vnde quidquid habet , est finitum in actu. Et ita gratia illius potest augeri in infinitum. Ut dictum est supposito secundo.

113 Decimum argumentum. Sicut prædestinatio est electio ad gloriam ; ita etiam est electio ad gradus determinatos ipsius gloriæ. Et hæc gloria est mensura gratiæ , quæ est medium ad consequendam gloriam , cum sit semen illius; Soli enim Deo Beatitudo est naturalis , quia idem est sibi esse , & beatum esse. Cuiuslibet autem creaturae esse beatum , non est natura , sed ultimus finis. Vt dixit D. Thomas. Ita que finis non ultimus est consequatio gratiæ.

P

qua

2. Corinb. 3. 6.

quæ non potest esse maior, quam petit determinatus gradus gloriæ , iam ante in prædestinatione decretus. Prædestination autem Virginis fuit electio ad gloriam, quæ est decens, ut consequatur Mater Dei; ergo cum peruenit adesse Matrem Dei, iam peruenit ad gratiam sibi destinatam ex electione Dei. Cum Deus det dignitatem, taliter, quod dignè obtineatur. Iuxta illud Apostoli: *Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti.* Sine gratia autem ministerium gratiæ non potest dignè exerceri ; ergo cum peruenit ad dignitatem Matris , iam perueniat ad gratiæ plenitudinem sibi possibilem, secundum decretum Dei : sed hoc fuit in Incarnatione Verbi; ergo a tempore Incarnationis, non potuit ultra mereri, neque gratiam acquirere. Patet cōsequentia. Quia ille, qui fecit omnia in numero, pondere, & mensurā, etiam dat gratiam cum determinata mensura , ut dixit Apostolus: *Uniuersum nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi.*

Sapient. 11. 21.

Ad Ephefios 4.

Ioann. 3. 34.

Solum enim ipsi Christo datur gratia absque mensura. Ut dixit Apostolus Ioannes: *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum filio.*

114. Respondetur concedendo omnia, usque ad illam consequentiam: *Ergo cum peruenit adesse Matrem Dei, iam peruererat ad gratia*

gratiae plenitudinem sibi possibilem, secundum decretum Dei. Licet enim tunc peruererit ad gratiae plenitudinem, ut esset idonea Mater Dei, ut diximus ex D. Thoma. Sed non ad omnem plenitudinem sibi possibilem ex decreto Dei. Non enim tantummodo decreuit Deus, quod perueniret ad mereri esse Matrem Dei; sed etiam ad mereri, sicut Mater Dei. In incarnatione autem iam peruererat ad primum, sed non ad secundum, quod ex tunc incipiebat; scilicet mereri, ut petit Dignitas Matris Dei. Et patet in exemplo. Sicut enim Apostoli electi ad gloriam, & gratiam Apostolicam a principio Apostolatus, & praecepit in aduentu Spiritus-Sancti, quando repleti sunt omnes gratiam illius, peruererunt ad gratiam congruentem statui Apostolico, & ut testatur Apostolus: *Ad primitias spiritus; sed non ad omnes fruges; nam messis quidam multa.* Sicut igitur, sine fundamento dicetur, quod Apostoli, quando habuerunt gratiam Apostolicam, in illa amplius non creuerunt, ne que ultra meruerunt; ita similiter absque fundamento est, asserere, quod Beatissima Virgo non creuit amplius in gratia, ex eo, quod tempore Incarnationis peruererit ad gratiam Matris Dei, superueniente Spiritu Dei. Non enim superuenit Spiritus, ut virgo supersedeat in merendo,

Ad Roman. 8. 23.

Mathei 9. 3.

50

sed ut super crescat in merito. Ille autem gradus gloriae decretus dignitati Matri, sicut non consequitur ante mortem, ita non satis meretur ante mortem. Itaque gradus gratiae, quem petit gradus gloriae, non erit in Virgine ante mortem. Et ideo licet si bona illatio: *Gradus gloriae est determinatus; ergo, et gradus gratiae.* Sed non bene inseritur; *Gradus gloriae est determinatus; ergo gradus gratiae completur ante mortem.* Licet enim motus sit ad aliquem finem, & terminum, ut dixit Philosophus; & augmentum Charitatis, & gratiae sit quidam motus, ut dicitur ex D. Thoma: sed finis, & terminus istius motus non est in hac vita, sed in futura; ut dictum est ex eodem D. Thoma supposito secundo. Et contrarium videtur absque fundamento. *Quis enim reueleauit tibi, quod Deus decreuit, dare Virgini gloriam, quam mereretur, usque ad Incarnationem, & non ultra? An, quia non habet Deus amplius? Aut quia non poterat Virgo amplius mereri? Non primum; quia magna est Domus Dei, et ingenis locus possessionis eius. Magnus est, et non habet finem, excelsus, et immensus. Non secundum. Viatorem non semper potest merari, sicut ambulare. Sed dicens, quod in Incarnatione impletum est decretum gloriae, & gratiae.*

2. Metaphysic. text.
8. Q. 9.

Baruch. 3. 24.

tie. Hoc somniasti. Audi iterum Vega: Somnium est absque illo fundamento contra legem. De refutum, quod eadem facilitate, qua dicitur, merito est contemnendum.

115. Undecimum argumentum. Melius, & laudabilius est citius peruenire ad gratiæ consummationem, iuxta illud: *Consummatus in breui explevit tempora multa.* Et sicut Angelus, qui in secundo instanti peruenit ad gratiæ consummationē. Sed Beata Virgo operata est toto conatu in merendo, ut dictum est conclusione septima; ergo si Angelus in secundo instanti peruenit ad gratiam consummatā; melius, & yberius perueniret Beata Virgo in spatio 15. annorum suæ vitæ, quando Incarnatio Verbi operata est.

Sapient. 4. 13.

116. Respondetur primo, quod consummatio gratiæ non est in hac vita, sed futura, ut ex D. Thoma dictum est. Et ita Beata Virgo, non potuit in vita præsenti peruenire ad gratiæ consummationē. Locus autem sapientiæ allegatus loquitur expresse de iusto, sicut omo riatur, siquidem apposuit conditionem, dicendo: *Iustus si morte praoccupatus fuerit.*

117. Respondetur secundo, quod Beata Virgo in secundo instanti suæ vitæ plus meruit, quam omnes Angeli, sed adhuc non peruenit.

uenit ad gratię consummationē. Quodenim est Angelis gratia consummata, nō est Virgini, nec moderatum initium. Peruenire autem citius ad consummationem rei parue, non est æqualis æstimationis, ac prosecutio alterius maxime. Pauper enim homo ædificat domum parvam in spatio vnius mensis, & custos cucumerarij prima die erigit tugurium, sed Salomon duravit in opere Templi per plures annos. Angeli autem Sancti non sunt amplius respectu Dei, quam parua tuguria, & Beata Virgo est Templus Dei magnificentius, quam illud Salomonis. Et ideo non est absolute melius, quod citius consummatur.

118 Respondetur Tertio. Quod Angeli peruerterūt tam citò ad cōsummationē gratiæ, quia tam citò peruerterunt ad gloriam, ubi est gratia cōsummata, & sic citò gratiam consummatūt, quia citò peruerterunt ad brauium. Beata autem Virgo, stadium immensum ingressa est. Vnde, & si Angeli per vnum instans illa in spatio sexaginta, & duorum annorum non potuit ad brauium peruenire, sed ex differentia durationis debes percipere differentiam gloriæ, Angelicæ, & Virginis. Differet enim illa, ab ista, sicut instans, à pluribus annis.

119 Sed dices. Ergo passu isto, aut volatu
po-

potuit Virgo peruenire ad gratiam Christi Domini.

Respondetur. Negando consequentiam; quia quantumcunque augeatur quantitas vnius speciei, non pertingit ad quantitatem diuersae rationis. Sicut linea, quantumcunque crescat, non attinget quantitatem superficie. Et sic similiter in praesenti. Gratia enim Virginis, est ordinis finiti, & ideo quantumcunque crescat, non potest pertingere ad gratiam Christi, quae est infinita. Et etiam si non esset infinita, non posset aequari; nam est alterius rationis inesse gratiae. Nam gratia viæ, etiam si sit eiusdem naturæ cum gratia patriæ; tamen illa non potest pertingere ad perfectionem gratiae beatitudinis.

120. Et caue, né conuincaris ratione replicæ propositæ. Est enim ratio damnata cum Sectarijs. Ita enim ratione probabat posse homines in hac vita peruenire ad statum non mendendi. Nam (ut refert Clemens V.) ut dicunt; *siquis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.*

121. Sed iterum dices: Ergo Beata Virgo potuit, saltēm peruenire ad magnitudinem gratiae Christi, & si non inesse gratiae, benē tamen inesse qualitatis. Patet cōsequētia. Omne enim

*Clemētin. ad nos tr um
de hereticis.*

enim finitum per continuum augmentum potest pertingere ad quantitatem alterius finiti, quantumcunque maioris. Sed gratia Christi inesse qualitatis est finita, sicuti habet pro subiecto animam finitam. Ergo, &c.

Respondetur, quod ex natura sua non videatur implicare contradictionem, sed ex prouidetia ordinatissima Dei non erit ita. Cum enim fecerit omnia in mensura, non commensuratur maior, aut æqualis entitas gratiæ cum minori gratificatione. Vnde sicut Magnus Pater noster Elias, & si viuat, & mereatur per spatiū duo millia, & quingentorum annorum; & insuper, usque ad consumationem saeculi, non pertinet ad gratiam Virginis, neque inesse qualitatis, neque inesse gratiæ; sic, nec Beata Virgo poterit peruenire ad gratiam Christi, neque inesse qualitatis, neque inesse gratiæ.

122 Duodecimum argumentum. Si propter aliquid deneganda esset Virginis, tempore conceptionis Verbi, talis plenitudo gratiæ, quod non potest crescere in illa, maximè propter rationem saepius repetitam, scilicet, quia erat in statu viatoris, cuius proprium est mereri, & gratiam augere, & perfidem ambulare, sicuti comprehensionis est non mereri, neque in gratia crescere, & clara visione in termino beatitudinis

qui est

qui sc̄erē, & charitātē nō anhelarē, sed frui.
 Sed possunt omnia ista taliter attēperari, quod
 Beata Virgo, neque sit totaliter extra viam, ne-
 que omnino in termino beatitudinis, sed sicut
 Magnus Pater Elias, & Enoch translati in Para-
 dysum, qui adhuc sunt in carne mortali, siqui-
 dem in fine mundi morituri sunt occisi ab An-
 tichristo, ut veri Martyres Christi, & tamen in
 opinione aliquorum, non merentur à tempore
 translationis ipsorum, usque dum iterum in fi-
 ne mundi veniant armati gladio verbi Dei, ad
 pugnandum contra Antichristum; ergo simi-
 liter potest dici, absque fidei praejudicio, quod
 Beata Virgo, & si esset in vita mortali, non fuic-
 set in statu merendi à tempore Incarnationis
 Verbi.

123 Respondeatur primo. Hanc sententiā,
 & si nondum damnatam ab Ecclesia, magnas
 pati, & ferē insuperabiles difficultates, quibus
 conuictus Doctissimus Abulensis, & alij con-
 trarium senserunt.

Prima difficultas, constituere aliquem in vi-
 ta mortali, & quod non mereatur aeternā; con-
 tra illud Apostoli: *Dum sumus in corpore pere-
 grinamur a Domino, perfidem enim ambula-
 mus, non per speciem.* Et nota causalem peregrina-
 tionis, ut visitemus Ecclesiam celestis Ieru-

Q

salem?

*Suar. tom. 2. in 3. p.
 disp. 55. sect. 1.
 Bazq. 1. 2. disp. 216.
 cap. 1.
 Cornel. à Lapide, Ge-
 nes. 5. vers. 24.
 Pereir. in Gen. f. l. 7.
 quest. 5. & alij.*

*Abulens. 4. Reg. 2. q.
 24. & Matth. 25.
 q. 566.*

*Thena. in epist. ad He-
 breos. cap. 1. disp. 4.
 seq. 3.*

*Maluenda l. 9. de An-
 tichrist. cap. 5.*

*Viegis. Appocal. 11.
 comment. 5. sect. 4.*

*Enrig. l. vitim. de fine
 bonit. 15. cap. 23.*

*Montef. 1. 2. q. 114.
 disp. 35. q. 5. n. 84.*

*Torres 2. 2. q. 2. n. 9.
 disp. 22. dub. 2.*

Inclinas in hanc semē

tiam concedens meritū
congruum.

Apostol. 2. Corintb.
v. 6.

Fr. Francisc. à S. Ma-
ria. l. 1. Historia Pro-
phetica. cap. 28.

salē. **P**eregrinamur (inquit) quare Paule? Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Ergo esse in corpore, & non peregrinari, est impossibile in illis, qui fidem habent. Nisi velitis, ab Elia, & Enoch auferre fidem Dei, & quod nec videant Deum, nec credant in Deū. Ergo semper ambulabunt per fidem in vitam æternam. Sed iste motus est secundum augmentum charitatis, & gratiæ, ut probatum est ex D. Thom. conclus. 5. Ergo, &c.

Secunda difficultas est, quod Elias, & Enoch, qui fuerunt in statu merendi prius, nunc nō sint in statu merendi, & iterum reddeant ad statum merendi, ut facientur illi authores. Quod est optimum quid ad additionem libri Methamorphoseos Ouidij.

Tertia difficultas est, admittere nouum statum in Ecclesia, vel potius admittere aliam Ecclesiam, ex Elia, & Enoch, & Ieremia, & sancto Ioanne Evangelista. Si verè sunt opiniones assertentium: hos duos, illis prioribus, in Paradyso esse aggregatos. Sunt enim sancti, & sideles, & insufficiente in numero, ad constituendam Ecclesiam, cum non pertineant ad Ecclesiam Beatorum, nec viatorum.

Quarta difficultas sit, impossibilitas huius rei, nam esse in via, & esse in termino, consistit

in iudiisibili: ergo, vel sunt in via absolute; & nullo modo intermixti, vel econtra. Sed non sunt in termino, sicut non sunt comprehensores, cum non habeant claram visionem, ut omnes fatentur; ergo sunt viatores omnino; ergo per fidem ambulant. Fidei autem lumen incompatibile est cum lumine gloriae. Probatur. Haec duo lumina omnimodè mutuo se expellunt, & sunt incompossibilia; ergo nullo modo copatiuntur in eodem subiecto. Probatur. Nam hec duo lumina priuatuer, aut contradictoriè se opponunt. Ergo sicut nullo modo possunt illi Patres mereri, & simulfrui; ita nullo modo possunt esse aliquomodo viatores, & aliquomodo beati. Probatur. Nam meritum sequitur fidem, fruitio sequitur claram visionem: nam esse viatore regulatur lumine fidei, & esse beatum regulatur lumine gloriae.

Itaque admittete hunc medium statum, interesse viatorem, & esse beatum, neque habet fundamentum in sacra Scriptura, neque in doctrina Sanctorum, immò potius videtur contra doctrinam, & traditionem Ecclesiæ, quæ non agnoscit, nisi duos tantummodo status, viatorum, & beatorum, relictis illis, qui in Purgatorio detinentur pro debitis. Relinque igitur statum medium, cum scientiam media.

124 Vel secundō respóndetur , rationes ,
quibus moti illi Theologi , incritum à consti-
tutis in Paradyso abstulerunt , non currere in
Beata Virgine . Vt est , longiturnitas vitæ , & esse
tot sæcula extra humanum consortium , & cō-
uietum , & alia similia . Itaque non est inuenire
paritatem ad asserendum quid simile .

Albertus. lib. de laud.
Virginis, cap. 120. C.
c. p. 179.

Isaia. II. 2.

Decimum tertium argumentum desumi-
tur ab authoritate Magni Alberti , qui libro de
laudibus Virginis , explicans de Beata Virgine
in sensu accommodatio illud , quod dictum est
ab Isaia de Christo Domino : *Et requiescat su-
pereum Spiritus Domini . Sic inquit : Ergo , &
super Virginem requirevit Spiritus Sanctus :
sed requies est priuationemotus ; sed augmentum ,
& diminutio sunt motus ; ergo si habuit Spir-
itum Sanctum , fuit sine motu : ergo sine augmen-
to : ergo in summo .*

Respondetur . Quod requies Spiritus Sancti
non priuat motu , nec augmento : cum non re-
pellat à via viatorem , nec faciat in via quiesce-
re . Et ita , licet in Christo requiescat magis , quā
in Virgine , non idèò repellitur à Christo mo-
tus viatoris , cum sine intermissione tenderet in
glorificationem corporis , tanquam verus via-
tor . Requies enim illa non significat immobi-
litatem habentis Spiritum , sed stabilem perma-
ne-

nentiam ipsius Spiritus in Sanctificato. Ut vide
re est in pluribus expositoribus. Vnde, & si dica
tur similitet, quod requieuit *Spiritus Eliæ super Eliseum*. Hoc non significat carentiam mo
tus, aut augmenti in progressu perfectionis, sed
quod *Spiritus Eliæ*, nunquam desereret Eliseū.
Et sive virtute ad patranda miracula intelliga
tur, & hoc sit, quod ab Eliæ petiit Eliseus quan
do dixit: *Obscro, ut fiat in me duplex Spiritus
tuus*, iam vides profectum, & progressum, si euc
ti Elias vnum tantummodo mortuum, & Eli
seus duos suscitauit. Vnde *Spiritus Eliæ* requie
cens in Eliseo, receperat augmentum. Et recorda
re item Seraphin, quos vidit Isaías. Quis tabant,
& volabant. Et audi Bernardum: Credo autem
sic ut in statione immutabilitatem, sic \mathfrak{E} in vo
latu alacritatem pramitti. Ne didelicet insen
sibilis quedam, \mathfrak{E} quasi lapidea stabilitas es
timetur. Quo enim Seraphin volant, nisi in eū
cuīus ardenti amore? Vide flammam, quasi vo
lantem, \mathfrak{E} stantem simul, nec miraueris iam
Seraphin stantes volare, stare volantes. Vnde
non valet ratio Magni Alberti.

4. Regum. 2. 15.

4. Reg. 2. 9.

Isaie 6^o
*Bernardus, serm. 4. ad
verbis Isaiae*

125 Decimum quartum argumentum.
Ab Authoritate Theologorum, qui hanc sen
tentiam videntur fuisse secutos. Quinque enim
allegantur à contrarijs, scilicet Magister Sen
ten-

*Magister Sent. 2. diff.
5. fine.
Scot. in 4. diff. 4. q. 6.
Richard. in 3. sent.
irt. t. q. 4.
Alens. 3. p. q. 9. memb.
art. 2. §. 2. ad 1.
Alman. in 3. sent. diff.
3. q. 3.*

tentiarum, Scotus, Richardus, & Alensis, & Almainus. Sed discurramus per singulos.

De Magistro, poste à dicemus.

De Scoto, iam vidimus, quod non tale quid asseruit, sed quod ad summum dubitauit, aut indicauit tantummodo fuisse possibile.

Richardus, & Alensis allegantur, quatenus dicunt: Beatam Virginem post Conceptionem filij, non potuisse peccare, quia erat in statu plenae gratiae, & perfectae charitatis. Itaque allegantur isti duo Doctores, hac ratione. Isti duo dicunt: Virginem ab Incarnatione non potuisse peccare; ergo sentiunt, non potuisse mereri. Quæ ratio, iam vides, nullatenus esse sufficiētem, aut valebit ista argumentatio similis. Christus Dominus, ab Incarnatione, & nunquam potuit peccare, quia erat in statu plenae gratiae, & charitatis; ergo non potuit mereri. Sed consequentia est hæretica. Iterum similiter est mala argumentatio: Angeli in primo instanti, secundum mentem D. Thomæ non potuerunt peccare; ergo in primo instanti non potuerunt mereri. Iterum est mala argumentatio: Sanctus, & Seraphicus Franciscus, & Sancta, & Seraphica Teresia, & reliqui in gratia confirmati, in sensu composito, non possunt mortaliter peccare; ergo non possunt mereri. Quod est hæreticum.

Ergo

Ergo iterum similiter erit mala argumentatio: Beata Virgo ab Incarnatione immo, & a principio vitæ, non potuit peccare; ergo non potuit mereri. Ergo absque fundamento adducuntur isti duo Theologi. Et illis sit iniuria, quatenus datur intelligi, quod hoc fundamento innixi sunt senserunt.

126. Almainus autem loquens de tempore Conceptionis filij, quando Beata Virgo ab Angelo salutata est: *Gratia plena*. Sic inquit: *Tunc tantam recepit perfectionem, quantam poterat recipere; alias mentitus esset Angelus, dicendo: Ave Gratia plena.*

Quæ ratio, iam vides nullius esse momenti, supposita Doctrina D. Thomæ. In solutione ad primum argumentum, quam hic repetere, superfluum omnino est. Et ideo ad quartam partem nostri operis, iam procedendum est.

IV. PARS QVÆSTIONIS.

In qua controuertitur, vtrum Beatæ Virginis potuerit dari Gratia plenitudo ex præuisis meritis ipsius?

127. IN Superioribus disputatum est contra eos, qui dicunt Beatam Virginem tam-

tempore Incarnationis filij non meruisse; nunc contra quendam ingeniosum Theologum, qui ut dissoluat omnes nodos difficultatis, effugij semitam meditauit, dicens: Beatam Virginem semper quidem meruisse, sed quod præmium obtinuit ante merita, ex præuisis meritis. Et ita postea meruisse gratiæ plenitudinē, quæ antea illi collata est. Itaque asserit, Virginem quidem meruisse toto tempore vitæ, non augmentum gratiæ de novo obtinendum, sed iam obtentum. Potuit enim Deus, inquit, eo momento, quo filium concepit, dare illi omnem gratiam, quam toto tempore vite erat meritaria: iam enim Deus omnia illa merita præuidebat, & poterat illorum præmium statim cōferre.

128 Sed audi primum, quid ad hoc dicat
Doctissimus Suarez, & posteā audias me. Suarez, igitur, inquit. Sed hæc easio, in primis sine fundamento conficta est præter ordinariam legem, exactamque, ac propriam merendi rationem, qua postulat, ut meritum antecedat præmium, & principium meriti ipsum meritum, præsertim in eadem persona. Rursus vix potest intelligi ille modus meriti, & præmiij, nisi omnino immutando omnes leges, ac conditiones merendi. Quod ita declaro. Quia si Beata Virgo à principio Incarnationis habuit omnem

Suar. 3. p. q. 37. disp.
18. iell. 2. & videa-
tur, disp. 4. circa q.
37. D. Thome.

grd-

gratia intensionem, quam per perpetuo esset habi-
tura, ergo ex illo tempore potuit elicere altius
charitatis, quales in intensione ipsi gratiae.
Qui a gratia non estatiofa, sed efficax ad operar-
dum, iuxta totam perfectionis sua latitudinem.
Et si in aliquo puro viatore ita unquam ope-
rari posuit, maximè in Virgine, qua nunquam
diuina gratia restitit, sed operabatur ex tota
intensione habitus gratiae & charitatis. Sed per
unum actum charitatis ita intensem meretur
homo aqualem intensionem habitus (ut ex ma-
teria de gratia, & de charitate suppono) ergo
Beata Virgo post unum actum ad aquatum
suagratia nihil per sequentes meruit, vel am-
pliorem, quam reciperet, meruit gratiam.

129 Sed audi nunc aliam refutationem de
sumptam ex supposito quarto: Praeuisio meri-
torum Virginis præsupponit ipsa merita infi-
libiliter futura, alias Deus præuidiceret, ut futu-
rum, quod non erat futurum; nam præuiden-
tur Scientia Visionis: præuisa enim Scientia sim-
plicis intelligentie; aut Scientia media, non
sunt digna præmio, ut ibi probatum est; ergo
præuidit Deus Virginem merente in cum omni-
bus suis circumstantijs. Sed una illarum est,
quod operetur decem gradibus gratiae, v. g. &
quod istis decem acquirat totidem alios; ergo

R

præ-

præuidit Deus aliquid cum quo incompossibile est, quod detur illi plenitudo gratie ex præuisis meritis. Patet consequentia. Quia præuisa merita, saltem per præuisionem, debent mouere præmiantem per præsentiam obiectivam: aliquin nihil operarentur, & non daretur gratia, propter ipsa merita præuisa, ut futura, sed possibilia, quod est impossibile: quia causa meritoria cum habeat moralem quandam efficientiam, supponi debet secundum actualem existentiam, saltem in præuisione præmiantis. Nuda enim possiblitas meriti non potest operari circa premium, ad hoc, quod actualiter existat. Nam possiblitas meriti consideratur in subiecto, tantummodo possibili. Et si persona est existens, & meritum tantummodo possibile, nihil præuidetur, quod sit dignum præmio; nam per non operari, aut per omissionem, nihil potest mereri.

130. Confirmatur. Quia ideo Theologidicunt: Incarnationem non potuisse decerni ex præuisis meritis Christi, nam merita Christi præuisa presupponunt iam ipsum Christum. Nam ipse est, qui præuidetur cum meritis; quomodo enim poterat intelligi, quod ipse esset causa meritoria illius, quod iam factum præsupponebatur in ipsa præuisione. Si ergo Beatae Virginis præudentur merita, & ex præuisione ipso-

rum datur gratiæ plenitudo, cum præsupponas totum prævisionem, ipsa Virgo exercens talē ac-
cum meritorium, & in tali gradu gratiæ, & in ta-
li statu, scilicet, cum moraretur in templo, & in
tali ætate vita, in anno, videlicet, duodecimo;
si hæc omnia, vt futura, & ita euentura præui-
dentur, quomodo ad tollendam horum omnium
futuritionem datur omnis gratiæ plenitudo, an
tequam eueniantur, cum qua plenitudine tollitur
de medio illud meritum, quod præuidebatur fu-
turum? Nam actus exercitus in anno duodeci-
mocum plenitudine gratiæ non potest esse idē
cum actu, qui exercetur cum decem gradibus
gratiæ tantum; nam in eodem subiecto sunt
res incompossibilis, quatuor, aut decē gradus
gratiæ tantum, & omnis gratiæ plenitudo.

131. Ulterius, si data est gratia ex præuisis
omnibus meritis, quæ gratia postea talibus mi-
ritis comparanda, & conferenda erat? Ergo si
militer data est illi gratia, quæ in receptio Sacra-
mentorum præuisa est merenda, & confe-
renda. Patet consequentia. Dicit enim Beata
Virginem non recepisse gratiam in receptio-
ne Sacramentorum, quia antea illi collata est,
quæ postea conferenda erat. Quomodo autem
dari potuit gratia Sacramentalis ex præuisa re-
ceptione Sacramentorum, non nè Sacramen-

ta physice instrumenta litter concurrunt ad productionem, & collationem gratiae? Quomodo ergo gratia Sacramentalis potuit dari, ante quam Sacra menta operarentur? Et non solum hoc, sed & ante quam a Christo, qui est author Sacramentorum, instituantur? Concursum physicus non requirit, & presupponit physicam existentiam.

132 Sed dices, & dixisti: **Quod in opinione aliquorum**, Sacra menta non concurrunt physicè ad productionem gratiae, sed meritorie, quia virtus diuina assistens Sacramento, est physica causa gratiae.

Optime quidem; est omnino probabilis sententia, quam descendunt plures recedendo à sententia D. Thomæ, quem sectari debebas. Sed dicas mihi, licet Sacra menta non concurrant physicè ad productionem gratiae, non tamen requiritur operatio physica, ut operentur meritorie. Nisi forte dicas, quod quia Ioannes baptizans non est causa physica, sed moralis gratiae, non requiritur, quod baptizet physicè, sed meritorie. Sed quomodo infundet gratiam meritorie si non baptizat physicè? Et quomodo dicetur gratia baptismalis, si non confertur operation baptismi? Gratia enim Sacramentalis, id est datur talis, quia datur virtute Sacramentorum aliquo-

D.Thom. 3. p. q. 62.
art. 4.

aliquos speciales effectus, gratia enim, quæ data est sine Sacramentis, eiusdem omnino naturæ est, omni enim gratiæ conuenit, quod sit participatio supernaturalis diuinæ naturæ. Sed quæ datur virtute Sacramentorum, dicitur gratia Sacramentalis, ut docent communiter Theologi, agentes de Sacramentis in genere. Non ergo potuit dari Virgini gratia ex præuisa receptione Sacramentorum.

lib. 133. Vterius. Si Deus præuidit meritum in receptione Sacramentorum, ergo præuidit physicam præsentiam illorum. Ergo præuidit infalibiliter gratiæ collationem futuram illa via. Ergo infalibiliter ita eueniet. Quomodo ergo non ita accidit intempore, quod Deus præuidit ante tempora? Et reuoca in naemoriam dicta in supposito quinto, ubi rogaui te, ut in his præuissionibus caueres, ne inuolueretur aliquid contradiccio, & impossibilitas. Sed adhuc contraria sententia videtur posse probari sic.

lib. 134. Primo probatur ratione. Si propter aliquid augmentum gratiæ illi concedendum erat, maxime ut ab illa meritum non auferatur: cum mereri sit magna dignitas, ut patet ex supposito tertio. Sed potuit dari illi gratia ex præuisis meritis ipsius, sicut ex præuisis meritis Christi Domini data est gratia Angelis, & hominibus.

minibus in principio mundi , non obstante,
quod Christus Dominus post tot saecula mere-
riveniebat; ergo potuit dari Virgini omnis gra-
tia, quam postea tota vita meretur.

135. Respondetur primò , quod Christus
Dominus non meruit gratiam , nec gloriā es-
sentialē Angelorum , neque iustitiam origi-
nalem primorum parentum . Cum enim gra-
tia ex meritis Christi sit redemptiua, non perti-
net ad Angelos, qui non peccauerunt, neque ad
primos Parentes, antequam deuenissent in cap-
titatē peccati, & subiugo diaboli detinerē-
tur oppressi . Omnia enim , quae intelliguntur
ante permissionem peccati , non sunt ex meri-
tis Christi : cum decretum Christi futuri fuerit
post prævisionem peccati . Et sic omnis vis argu-
menti, totaliter encruata est , vel omnes illius
nerui abscissi sunt uno iectu in via D. Thomæ.
Sed ut magis veritas elucescat , camus altera
via, sequentes sequaces Doctoris subtilis.

136. Respondetur secundo . Quod Angeli
prædestinati sunt propter Christum , tanquam
propter finem *cuius gratia*. Et nihilominus
gratis prædestinati sunt, & meruerūt gratiam,
& gloriam essentialē ex fide Christi futuri , tā-
quam ex obiecto, sed non, tāquam ex causa ip-
sius fidei. Itaque Christus Dominus fuit obiec-
tum

cum fiduci Angelorum, non capta iacriteria ipsius fidei. Vnde, & glorificati sunt ante mortem Christi. Primi autem Parentes acceperunt primam gratiam, sicut Angeli, & similiter peruer- nirent ad gloriam, si in prima gratia permanis- sent. Sed superueniente peccato, redemptio ho- minis facta est finis Incarnationis Verbi. Vnde, neque ad gratiam redemptiuam potuit perue- nire, nisi ex praeuisis meritis Christi, que fuerunt non solum obiectum fidei hominis, sed etiam causa eiusdem fidei, in praeuisione Dei. Vnde ad gloriam, quæ est redemptio consuminata non potuit peruenire ante quam præcederent merita paßsionis, ut supposito quarto declaratum est. Per quod patet, quod Beatae Virginis nullatenus potuit dari gratia ex præuisis meritis ip- sius, taliter, quod talis gratia non sit data gratui- to, sicut gratia Angeloru, aut prima gratia pri- morum Parentum; cum talia merita solum possent esse finis cuius gratia, non causa meri- toria illius gratie. Merita autem exerceita post collationem gratiae, non possunt esse causa ip- sius gratiae iam collatae, ut ex doctrina D. Tho- mæ iam probatum est eodem supposito quarto.

137 Secundo, probatur fundamento de- sumpto ex sacra Scriptura: cum enim Deus in forma humana pergeret, ut nefandas destruc-

Gen. 18. 17.

ret ciuitates, & igne cœlestia ærēm purificaret in
fectum, & terram fecibus humanis pollutam
abstergeret, & cum hoc secretum vellet Abra-
ham reuelare, dixit: *Num cœlare potero Abraham,
qua gesturus sum. Scio enim, quod pre-
cepturus sit filiis suis, & domui sua post se, ut
custodiant viam Domini, & faciant iudicium,
& iustitiam: ut adducat Dominus propter
Abraham omnia, que loquutus est ad eum.*
*Quæ verba Chrisostomus sic exposuit: Dicere
vult, pranoui instrumentem, idcirco remunera-
tionibus prauenio. Scit enim abscondita cordis
nostræ, & quando videt volentes, qua oportet,
manum porrigit, & ante laborem remune-
rat.*

138 Respondetur, quod si loquamur de
præmio rigoroso, iam erat in Abraham propo-
situm, aut bona voluntas ad præcipiendum po-
steris. Et hoc poterat præmiari reuelatione il-
lius secreti Dei, licet nondum aduenissent ope-
ra actualiter præcipiendi; & dic, est manifestè sen-
sus Chrisostomi, cum dicat: *Scit enim abscon-
dita cordis nostri, & quando videt volentes,
qua oportet, manū porrigit, & ante laborem
remunerat. Id est, remunerat bonam volunta-
tem, antequam exeat in bonam actionem; sed
nō ante meritum: nam bona voluntas præmii-
merit.*

meretur, sicut mala suplicium. Et propterea sunt
præcepta, non solum operandi, sed, & diligen-
di, non solum non faciendi, sed, & non concu-
piscendi. Si autem in Abraham non erat adhuc
illa bona voluntas, illud beneficium non erat
præmium, sed donum Dei gratuitum. Ut dic-
tum est ex D. Thoma supposito quarto.

139 Tertio probatur. Ab authoritate Ma-
gistrorum Sententiarum, qui docere videtur, quod
Angelis Sanctis in principio data sit essentialis
gloria, ex præuisis operibus, quæ hodie in com-
modum hominum faciunt. Cum enim retulif-
set Magister varias opiniones, circa meritum
Angelorum, subiungit : *Quod autem tunc in
præmium acceperunt, per obsequia nobis exhibi-
ta ex Dei obedientia, & reverentia mereri di-
cuntur: & ita præmium præcessit merita. Et
hoc mihi magis placere fateor.*

140 Respondetur primo, quod Magister
in hoc non est contra doctrinam D. Thomæ
nam traditam supposito quarto de antecedentia
meriti respectu præmij. Non enim dixit abso-
lutè Magister, quod Beatus Angelis collata
est in præmium, propter præuisa opera in homi-
num utilitatem facta; sed propter acceptationē
Angelorum ad talia opera exercenda, & in iun-
cta illis ex mandato Dei, & acceptata ab ipsis ex

Dei obedientia, & reuerentia. Sic enim, licet exercitium operum sit posterius præmio, tamē acceptatio illorum, per quam meruerunt, prius fuit, & sic semper verum erit, quod meritum debet precedere præmium. Sicut enim in Christo Domino præceptum Patris impositum fuit illiā primo instanti vite, ut dixit per os Dauid:

Psalms. 39.9. *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.* Quod præceptum statim acceptauit, obedientia, quam explicuit immediate dicendo: *Deus meus volui, & legem tuā in medio cordis mei.* Quæ acceptatio, præmium meruit statim, licet redemptio hominum fuerit post tot annos. Sic similiter in Angelis. Sed præmium Christo non est statim collatum, sci licet glorificatio corporis, &c. quia remanebat viator, ut posset mori. Angelis autem præmium beatitudinis statim collatum est. Beatitudo enim non obstat obsequijs hominum. Vnde in hoc sensu dixit Magister, quod præmium præcessit merita; id est opera acceptata, sed non præcessit meritum acceptationis. Ac proinde meritum absolute præcessit præmium. Exercitio enim operum in nostra custodia Angeli non merentur, nec sunt in statu merendi. Et si id velet Magister, vel alius, erraret, vel contra fidem, vel contrarationem. Audi D. Thomam, qui cum

retulisset sententiam aliquorum, quam tu tribuis Magistro, dixit: *Vel oportet dicere, quod Angeli merentur beatitudinem, pereat, quia iam beati operantur in diuinis ministerijs; ut alij dixerunt. Quod tamen est contra rationem meriti. Nam meritum habet rationem via ad finem. Et autem, qui iam est in termino, non conuenit moueri ad terminum. Et sic nullus meretur, quod iam habet.* Et si hoc tibi non placet.

141 Secundo respondeatur ad authoritatem Magistri. *Quod non iurassimus in verba Magistri.* Habemus enim Angelicum Praeceptorem. Et ideo non valet, sicut in aula Platonis: *Magister dixit, ergo verum est.* Aliqua enim dixit Magister Sententiarum ex sententia propria, quae manifeste falsa sunt, & omnino reprobanda, sicuti est illud, quod Christus Dominus in triduo mortis fuit homo, quod est Erroneum, & manifeste etiam contra Philosophiam, & ideo communiter in his, & alijs similibus reprobatur a Theologis. Non enim quia Magister dixit, ideo credendum est, sed propter rationem. Exemplo D. Augustini, qui libris aliorum, ita legebat, ut quācumque Author polleret authoritate, & Sanctitate, in illis, veritatem, & rationem, & Ecclesiæ doctrinam attenderet.

Magist. in 3. sentent.
diss. 22.

D. Aug. 2.

142 Quia propter hoc nostram qualemque
opusculum, Lectori gratum fore, in Do-
mino confidimus, cum in illo dicta ex Sacra
Scriptura, & Ecclesiæ iudicio, & Doctoris An-
gelici in incomparabili doctrina, Originem du-
cere, & Ortum habere, manifestum sit, & liqui-
do constet, quod opus, & si non perfectum,
finitum fuit idibus Februarij, anno
misi dicitur Domini 1661.

Omnia quæ dicta sunt, & semetipsum Au-
tor subiecto ex animo, & toto corde censura, &
correctioni Sanctæ Romanae Ecclesiæ. Sit laus,
& Gloria Regi Regum Iesu Christo Dei filio,
illiisque Sanctissima Matre semper Virgini
Maria, omnibusque Sæctis in aeternum. Amé.



2n

IN OBSEQUIVM, ET Gratiam Authoris.

LAVDATORIA CENSURA.

Doct. D. Petri Fermin de Arqueros,
 Perillostris, atque Insignis Divæ Chatherinæ Granatensis Collegij Togaci
 aluni, & in Imperialis Academis Chathedralis primarij Theologij Durandi,
 & Artium simul, publici, ac proprietarij Modera-
 toris.

MERITISSIME PRIOR MAGISTER.

*Ille dies, mihi sum liceat tua dicere fætâ.
 En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem;
 Inter vîtrices bederam tibi serpere lauros.*

Virg. Eglog. 8.

ENSVRAM Ex tuo, & cois tibi iam apparo dignam;
 coronam virtuti tuae, scientiae lauram aptius dicerem,
 vocitare meritis Vistor. Tui operis sine Cygnis ca-
 no glorias tuas: quid mitum, si exitus alla probat ca-
 Ouidius, & in vocem sine Cygnus erumpit, In principio. &
 T. fine

Ouid.

Hoc operis laudibus coronaris. Magister, merito quidem, si tam
initium, quam finis huius ei gratiosissimi operis de Carmelo exi-
vit, venit de Libano: Veni de Libano, veni, & coronaberis spon-
se aiebat sponsus. De Gratia scribis, o quam bene, & alte trac-
tas! Nec poteras aptius aliud subsumere assumptum, cum, ut sci-
mus, Ioannes cognominetis Baptista, hoc est, Gratia, tum no-
mine, tum opere, seu offici effectu, ut tibi etiam adqueret diuinum
Nasonis Ouidij: Conueniunt rebus nomina sapientis. Si pro ac-
cepta gratia Gratiam per solus cum gratia, par parti refers: er-
go noui vacuum recipisti gratiam Dei, igitur obediens seque-
ris sic suos horrantem Paulum: Fratres, ne in vacuum gratiam
Dei recipiatis. Sed si refugis sapientes (fortassis, quia scientias am-
flas) prudenterumque captiui prius erit etiam ab consulta Ce-
lesti Patre haec iustitia, & gratia, mirabile dictu est, te tam pra-
udentem Prelatum, tam sapientemque Magistrum reuelatam in-
uenisse! Sed iam non minor, si ad Priorem prelaturam Carmeli-
ticæ familie ex meritis sublevaras, te proficeris indignum, con-
templaris Publicanum, & ex libito proclamas te haec illumine
discipulum: Et humilius dicit gratiam Deus (inquit Petrus cum
Iacob) superbris autem reficit. Quasi mortuus est Pater tuus Car-
meli decus, mundi restaurator Elias, catenus agitur Ilo, & quasi
non est mortuus, repetit vere Ecclesiasticus, similem enim reli-
quit sibi post se (hoc in Elias cum filio) iacto videlicus adimplerum,
ixta eundem Ecclesiasticum, sic alloquente Thesbitem: Elias
Prophetas facis successores posse, successores spiritu tuo vertit
Palatus cum pluribus; sed pre omnibus, doctissimus Galpat Sa-
chez, bene meritus adeo vir de nobilissima prole, præstantissi-
ma familia. Elias reliquit enim defensorem Dominum, Mariam, scilicet,
Dominus enim Aures peroratur ab Ecclesia, contra inimicos,
& amicis reddentem gratiam; Gratiam Virginis in scriptis con-
tra inimicos propugnas; in scriptis eadem gratiam gratiose redi-
cis amicis, non catet scriptum gratia, sed potius abundat, fateor
ita; sed quid mirum, si datus est ei decor Carmeli, ut aiebas Isaia,
& in penè immenso Marianæ gratię voluntatis abyssu. Elias igitur
age tanti viri nimias laudum moras rompe, haud serio in fine,
cum ad rem, properabuit encomia sua; sed prok dolor! Lingua
prepeddit modestia sua, vocem cohibet humilitas; sed in vanum,
sapientissime Magister nam, cuius sis ius Elias vanitatis. Ma-
gistri, habitatorque Carmeli, habes elogiorum ultimum, laudis
etiam non plus ultra. Accipite ergo amicis, atque hac mea figili-
diff. Auctorita huic vero assumpto.

Cantic. 4. 8.

Ouid.

Corinth. 2. vers. 6.

Math. 11.

T. Petri. 5. 5.
Jacob. cap. 4. 6.

Cap. 30.

Cap. 4. 8.

Corinnet. in toto, cap.
17. libr. 3. Reg.

Isai. 35. 2.

Virg.

Postquam Rex Niniae; & Assyriorumque Nabuchodō, Arphaxad, & copias suas, ciuitatesque munitas parentissimas gloriā quantis subiugasset ditioni suæ; ut fons Imperium inde ad gloriam, ad calmen extolleret ultimum, nuncios misit ad Carmelum, ut fertur primo Iudith: Arphaxad ita que Rex Medorum sub iuguerat multas gentes Imperio suo. Et gloriabatur, quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. Nabuchodonosor Rex Assyriorum, qui regnabat in Niniae ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad. & obtinuit eum in campo magno. Tunc exaltatum est Regnum Nabuchodonosor, & cor eius elevatum est, & misit nuncios ad gentes, quæ sunt in Carmelo: huc uique Sacra Scriptura: & quamvis uerque terra, marisque Carmelis, idem cum Libano plures censeant apud Cerdam, ut exultaret suspicio, de quo loquatur contextus, Almeria dulcis Patria. Luminare maius facile, enucleator Iudith, Reuerendissimus Cerdas, hæc verba protulit ibi: Ergo Carmelus hic, Syria prestantissimus collis. Elias vestigis consecratus, igne cœlitus plus uio, quo profeta Baal visti, conspicuus, speluncis Eliae, & Elisa; Carmelitarumque origine splendidus. Quid pulchritius ad rem præsentem. Ad Carmelum maris misit, ut inquit textus Hebreos, ad cohabitatores Elie, sed quamnam callido Regi evenientia, & occasio mittendi ad Carmelum nuncios sciretaberis curioso? Quia in Carmelo repreſentantur statim Elias, & Elias nobiles illiū incola dixit Alcasar eruditissimus. Optimè; sed egregiè interpretantur DD. ut teneret omnia in uno, & subiugaret imperio; Quia Deus est omnia in omnibus, ut inquit Paulus; sed Elias est Deus fortis, & Deus Dominus (scenam interprætatur à Patribus apud Dodicissimum Galpar Sanchez) ergo qui Eliam teneret, omnia teneret in uno: ergo obtinendo Carmelum, quem habitabat Elias omnium mundi restitutor (ut ait Christus: Elias quidem veniet, & restituere omnia) omnia teneret Rex Niniae, benè deducis; sed aptius ad rē assumpti illa textus verba premunt: Tunc exaltatum est Regnum Nabuchodonosor, & cor eius elevatum est, & misit nuncios ad gentes, quæ sunt in Carmelo; ut possis optimè inferre: ergo magnū Regis Regnum, & Imperium Assyriorum post partam viatoria celebrem, nondum exaltatum erat, nec Regale cor ipsius, generosum, ac magnificum, digerere potuit, reportari, donec ad gentes Carmeli mississet nuncios. Rex Niniae; & quam legitime infets! Ergo modestia non obstat quoniam plus per conia tua queant resonare in mundo, & ad laudis boni plus ultra peruenire, cum sis successor Elias, habitatorque Carmeli.

Iudith. I.

Comment. in capit. I.
Iudith. vers. 8.Cant. Cant. libr. 3.
fol. 232.
Corinth. 10.
Loco citat. libr. 3.
Reg.

Math. 17.

Psu. ad Heb. 11.

Carmelitum seu in signis Carmelita gens magna Carmelitus, quibus mundus nominatur dignus; Paradysum ideo habet ut videlicet perbelile quidem, sed profecto hoc ipsum suorum haud laus, vltima s; liquidat ob hanc Carmelitas nobiliter Discalcedatos presentem, nouam in prosequentiem deuotissimam ab alio Theresia celo, præpedisse Deus dicitur, mytilis mundi Doctri Theresia virginis nobilis insigne laudem martyris: Adgreditur, quo sunt locutus Iudiciorum de Abrahamo, cum Quo fuit accensus virginis liberata est, ut Isaac iugularetur, de cælo elacula Angelorum, ne exterrandas manum super puerum dubitat hic magnus Pater, cur impeditur a Deo tantum Isaac holocaustum? Et his dubio sat is fecit: Attendebas Domine, quis ad genus Isaac, ac si progenies Isaac plus placitura erat Deo, quam omnis illa sacrificij oblatio; sic (inquit Sylveira Doctissimus) & impeditur Theresie oblatio, plus placitura illius progenies. Et si hoc de Carmelitis, quid egregius de te dicam, qui in ipsis existit Prior nec minor erit Iesus tua, quod simul in te concurrant esse Prelatus, & Doctor, simul Pastor, & Magister, & cum Ioanne possis dicere: Datus est mihi calamus similis Virgo, seu baculo (vt veritatis Alcalas habet), & sic opotest, pascas, oves, sicut decet, instugas, si Ruperto standum sit, & dicto Publio Vigili: Pascere oportet oves, deducam dicere Carmen. Sed ut tuis (litteris innotuit) laudibus imponam finem est, summa laus tua de tuis laudibus contineat, ut aiebat Tullius, ecce regredior ad primum Iohannes cognominatis Baptista, de hoc nobis Christus dixit: Inter matres mulierum non surrexit maior, sit ergo per totum orbem tua laus semper diffusa, iuxta nominis menluram, ut praecinebat David: secundum nomine tuum, (sic) & laus tua in fines terrae. Vale.

Tull.
Math. 11.

Psalm. 47.

V. R. P. S. D.

*Doct. D. Petrus Fermin
de Arqueros.*

*Granatz, Ex Officina Balthasaris de Bolibar;
in vico de Abenamar, Anno 1661.*